huc, *adv.* [hic] hieher, an diesen Ort, an diese Stelle, dahin I) eigentl.: Neque domi nunc nos nec militiae sumus: Imus huc: illuc hinc: quum illuc ventum est, ire illuc lubet *etc.*, Enn. b. Gell. 19, 10, 12; so: Dum cognatus huc illinc veniret, Ter. Ad. 4, 5, 39. Iam huc adveniet miles, Plaut. Bacch. 2, 2, 44. Pater huc me misit ad vos oratum meus, id. Amph. prol. 20; so: Quid moror in terris? quin huc ad vos venire propero?, Cic. Rep. 6, 15. Harum (civitatum) rectores et conservatores hinc profecti huc revertuntur, id. ib. 6, 13 *fin.* Huc raro in urbem commeat, Ter. Hec. 1, 2, 100. Eo nunc ego secreto te huc foras seduxi, Ut *etc.*, Plaut. Aul. 2, 1, 14. Huc est intrô latus lectus, Ter. Heaut. 5, 1, 30. Huc huc convenite, Petron. Sat. 23. — Locus erat castrorum editus et paullatim ab imo acclivis. Huc magno cursu contenderunt, dahin, Caes. B. G. 3, 19, 1; vgl.: Ipse (Caesar) cum omnibus copiis in Morinos proficiscitur. Huc naves undique ex finitimis regionibus iubet convenire, id. ib. 4, 21, 4 und: Ubicumque vires, ubi arma esse sciam, huc veniam, toto orbe terrarum quaerens aliquos Romanis hostes, Liv. 35, 19, 4. — b) mit folg. Genitiv: Mulier ex Andro commigravit huc viciniae, Ter. And. 1, 1, 43; vgl. im Folg. no. II, b. — c) huc illuc, huc atque illuc, huc et illuc *etc.*, auch huc et illo und huc et huc, dahin und dorthin: Ne cursem huc illuc via deterrima, Cic. Att. 9, 9, 2; so: Velut salientes huc illuc, Quintil. Inst. 10, 7, 6. Erectum et celsum, alacri et prompto ore ac vultu, huc atque illuc intuentem vagari magna cum caterva toto foro, Cic. de Or. 1, 40, 184. Tum huc, tum illuc volant alites, id. Divin. 1, 53, 120; vgl.: Volucres huc et illuc passim vagantes, id. ib. 2, 38, 80; so: Uni pedi lecti fulcimentum subiiciendum est, atque ita lectus huc et illuc manu impellendus, Cels. 2, 15. Veri fulgor subinde variat et plus huc illucque

spargit, Plin. 37, 6, 22; wofür huc illucve, Cels. 6, 6, 36; 7, 3 u. *a.* Sed iam ista sidera huc et illo diducet velocitas sua, Senec. Benef. 5, 6 *med.* Ut ora vertat huc et huc euntium Liberrima indignatio, Hor. Epod. 4, 9. — d) huc usque od. zu Einem Worte verbunden hucusque, bis hieher, bis dahin (äußerſt ſelten): Hucusque Sesostris exercitum duxit, Plin. 6, 29, 34 §. 174.

II) übertr. in nicht-localen Verhältniſſen, hieher, hierzu, hierauf, dahin u. dgl.: Ut haec multo ante meditere, huc te pares, haec cogites, ad haec te exerceas, Cic. Fam. 1, 7, 9. Accedat huc suavitas quaedam oportet sermonis, Cic. Lael. 18, 66; ſo häufig huc accedit uti *etc.*, ſ. accedo S. 29, a. Massilienses naves longas expediunt numero XVII. Multa huc minora navigia addunt, Caes. B. C. 1, 56, 1; ſo häufig adde huc, ſ. addo S. 64, a. Legiones effecerat civium Romanorum IX, V ex Italia *etc.*... Huc Dardanos, Bessos, item Macedonas, Thessalos ac reliquarum gentium et civitatum adiecerat, Caes. B. C. 3, 4 *fin.*; ſo: Huc natas adiice septem, Ovid. Met. 6, 182. Rubrum quoque emplastrum huc aptum est, Cels. 5, 19, 21. Huc pertinet nobile apud Graecos volumen Heraclidis, Plin. 7, 52, 53 u. dgl. Huc unius mulieris libidinem esse prolapsam, ut *etc.*, Cic. Coel. 20, 47; vgl.: Rem huc deduxi, ut *etc.*, id. Catil. 2, 2, 4 und: Huc flexit, ut Tiberium ad vitam procul Roma degendam impelleret, Tac. Ann. 4, 41. — b) mit folg. Genitiv: Huc arrogantiae venerat, ut legatos ad Tiberium mitteret, Tac. Ann. 3, 73; vgl. oben *no.* I, b. — c) huc et illuc: Versare suam naturam et regere ad tempus atque huc et illuc torquere ac flectere, Cic. Coel. 6, 13; ſo: Quae (ὁρμὴ) hominem huc et illuc rapit, id. Off. 1, 28, 101. In quo, utrum respondebo, verses te huc atque illuc necesse est, id. Fin. 5, 28, 86. — d) huc usque od. hucusque: Mirum esset profecto, hucusque profectam credulitatem antiquorum, Plin. 26, 4, 9 §. 20. — Simulatio hucusque procedit ut *etc.*, Quintil. Inst. 5, 13, 22. — e) mit angehängtem Demonſtrativ-ce und der Fragepartikel ne, huccine?, dahin?: Huccine tandem omnia reciderunt, ut civis Romanus virgis caederetur?, Cic. Verr. 2, 5, 63, 163. Und mit folg. Genitiv: O miser, inque dies ultra miser! huccine rerum Venimus?, Pers. 3, 15.

huccine, *adv.*, ſ. huc *no.* II, e.

hucusque, *adv.*, ſ. huc *no.* I, d u. II, d.

hui!, *interj.*, Ausruf des Staunens oder der Verwunderung, hui!, ei!: Hui, babae! basilice te intulisti et facete, Plaut. Pers. 5, 2, 25. Hui, dixti pulchre!, Ter. Phorm. 2, 1, 72. Triginta? hui, percara est!, id. ib. 3, 3, 25. Hui, tam cito? ridiculum, id. And. 3, 1, 16. *Ch.* Prorsum nihil intelligo. *Sy.* Hui, tardus est!, id. Heaut. 4, 5, 28. Hui, quantam fenestram ad nequitiam patefeceris!, id. ib. 3, 1, 71; vgl.: Hui, homunculi quanti estis!, Plaut. Rud. 1, 2, 65. *Ch.* Principio eam esse dico liberam. *Thr.* Hem! *Ch.* Civem Atticam. *Thr.* Hui!, Ter. Eun. 4, 7, 35. Videbam sermones: Hui! fratrem reliquit? Num est hoc non plus annum obtinere provinciam?, Cic. Att. 6, 6, 3. Hui! totiesne me literas dedisse Romam, quum ad te nullas darem?, id. ib. 5, 11, 1. Hui quam diu de nugis! de re nihil habeo quod loquar, id. ib. 13, 21, 5. Hui vereor, quod solet fieri, ne, quum te videro, omnia obliviscar, Coel. b. Cic. Fam. 8, 15, 2.

hujuscemodi und **hujusmodi** ſ. unt. modus.

humane, *adv.*, ſ. humanus am Ende.

hūmānĭtas, ātis, *f.* [humanus] die Menſchlichkeit, im guten Sinne, die menſchliche Beſchaffenheit, menſchliche Natur, das menſchliche Gefühl, die menſchliche Neigung, das Menſchliche u. dgl.

I) im Allgem. (ſo meiſt nur bei Cicero): Magna est vis humanitatis, multum valet communio sanguinis, reclamitat istiusmodi suspicionibus ipsa natura: portentum atque monstrum certissimum est, esse aliquem humana specie et figura, qui tantum immanitate bestias vicerit, ut *etc.*, Cic. Rosc. Am. 22, 63; ſo: Quae nisi qui naturas hominum vimque omnem humanitatis causasque eas, quibus mentes aut incitantur aut reflectuntur, penitus perspexerit, dicendo quod valet perficere non poterit, id. de Or. 1, 12, 53. Quis hunc hominem rite dixerit, qui sibi cum suis civibus, qui denique cum omni hominum genere nullam esse iuris communionem, nullam humanitatis societatem velit?, id. Rep. 2, 26; vgl.: Ista in figura hominis feritas et immanitas beluae a communi tamquam humanitatis corpore segreganda est, id. Off. 3, 6, 22. Si quem infimo loco natum... defenderem: tamen civem a civibus communis humanitatis iure ac misericordia deprecarer, id. Flacc. 11, 24; vgl.: Haec in homines alienissimos, denique inimicissimos, viri boni faciunt et hominum existimationis et communis humanitatis causa, id. Quint. 16, 51 und: Peterem errato veniam ex intimis vestris cogitationibus atque ex humanitate communi, id. Sull. 23, 64. Quaedam (perturbationes) humanitatis quoque habent primam speciem, ut misericordia, aegritudo, metus, id. Tusc. 4, 14, 32. Si tibi fortuna non dedit, ut patre certo nascerere, ex quo intelligere posses, qui animus patrius in liberos esset: at natura certe dedit, ut humanitatis non parum haberes; eo accessit studium doctrinae, ut ne a literis quidem alienus esses, id. Rosc. Am. 16, 46. Numquam tu sine iustissima causa tam longe a tot tuis et hominibus et rebus carissimis abesse voluisses. Sed humanitatem tuam amoremque in tuos reditus celeritas declarabit, id. Att. 4, 15, 2. Nec potuisse (te) non commoveri (viri amicissimi morte) nec fuisse id humani-

tatis tuae, id. Lael. 2, 8. Fac, id quod est humanitatis tuae, ne quid aliud cures hoc tempore, nisi ut quam commodissime convalescas, was du als Menſch dir ſchuldig biſt, id. Fam. 16, 11, 1. Quum omnibus horis aliquid atrociter fieri videmus aut audimus: etiam qui natura mitissimi sumus, assiduitate molestiarum sensum omnem humanitatis ex animis amittimus, id. Rosc. Am. 53, 154 *fin.*; vgl.: Iam ad ista obduruimus et humanitatem omnem exuimus, id. Att. 13, 2, 1; ſo: Nonne omnem humanitatem exuisses?, id. Lig. 5, 14. Nisi ex eius animo exstirpatam humanitatem arbitramur, id. Lael. 13, 48. Age vero, quid esse potest in otio aut iucundius aut magis proprium humanitatis quam sermo facetus ac nulla in re rudis? hoc enim uno praestamus vel maxime feris, quod colloquimur inter nos *etc.*, id. de Or. 1, 8, 32. — Homines quidem pereunt: ipsa humanitas, ad quam homo effingitur, permanet, Senec. Ep. 65.

B) übertr., concret, ſ. v. a. humanum genus, die Menſchheit, menſchliche Geſellſchaft (nachklaſſ. u. ſehr ſelten): Timorem omnem, quo humanitas regitur, sustulerunt, Minuc. Fel. Oct. 8. Et rursum (vides) venarum genitale seminium humanitatis exire, Appul. Dogm. Plat. 1 p. 11.

II) insbeſond. A) das menſchlich-edle, menſchenfreundliche, milde Verfahren gegen jemand, die Menſchenfreundlichkeit, Menſchlichkeit, Leutſeligkeit, Milde, Artigkeit, Humanität u. dgl. (ſo ſehr häufig u. gut klaſſiſch): Quemquamne existimas Catone proavo tuo commodiorem, communiorem, moderatiorem fuisse ad omnem rationem humanitatis?... Sed si illius comitatem et facilitatem tuae gravitati severitatique asperseris *etc.*, Cic. Mur. 31, 66; vgl.: Pro tua facilitate et humanitate, id. Fam. 13, 24, 2 und: Difficillimam illam societatem gravitatis cum humanitate, id. Leg. 3, 1, 1; ſo: (Sex. Aufidius) est ita temperatis moderatisque moribus, ut summa severitas summa cum humanitate iungatur, id. Fam. 12, 27. Quibus rebus institutis ad humanitatem atque mansuetudinem revocavit animos hominum, studiis bellandi iam immanes ac feros, id. Rep. 2, 14; vgl.: In vestra mansuetudine atque humanitate causam totam repono, id. Sull. 33, 92 und: Humanitate tanta est, ut difficile dictu sit, utrum hostes magis virtutem eius pugnantes timuerint, an mansuetudinem victi dilexerint, id. de imp. Pomp. 14, 42; vgl. auch: Toto denique imperio nihil acerbum esse, nihil crudele, atque omnia plena clementiae, mansuetudinis, humanitatis, id. Qu. Fr. 1, 1, 8 *fin.*; und hiermit vgl.: Pro sua clementia atque humanitate, Hirt. B. G. 8, 21, 2 und: Fiebat aequitate decreti et humanitate Trebonii, qui his temporibus clementer et moderate ius dicendum existimabat, Caes. B. C. 3, 20, 2. Propulsemus ulciscamurque eos, qui nocere nobis conati sunt, tantaque poena afficiamus, quantam aequitas humanitasque patitur, Cic. Off. 2, 5, 18. Ut id a te peterem, quod tua singularis humanitas suavissimique mores a te essent impetraturi, id. Att. 16, 16, A, 6. Obtinemus ipsius Caesaris summam erga nos humanitatem, id. Fam. 4, 13, 2; vgl.: Amorem erga me, humanitatem suavitatemque desidero, id. Att. 15, 1, A, 1. Humanitas vetat superbum esse adversus socios, vetat avarum *etc.*, Senec. Ep. 88 *med.* Humanitatis praecipua pars est, honestissimum quemque complecti *etc.*, Plin. Ep. 9, 5, 1. Illa vero vitiosissima, quae iam *humanitas* vocatur, invicem qualiacumque laudandi, quum est indecora et theatralis, tum studiorum perniciosissima hostis, Quintil. Inst. 2, 2, 10.

B) die menſchlich-edle Geiſtesbildung, feine, humane Bildung, Feinheit im Betragen oder in der Rede (vgl. üb. dieſe Bedeutung Gell. 13, 16) (ebenfalls häufig u. gut klaſſiſch): Omnium ceterarum rerum oratio ludus est homini non hebeti neque inexercitato, neque communium literarum et politioris humanitatis experti, Cic. de Or. 2, 17, 72. Cui persuasum sit, appellari ceteros homines, esse solos eos, qui essent politi propriis humanitatis artibus, id. Rep. 1, 17; vgl.: Non tulit ullos haec civitas aut gloria clariores aut auctoritate graviores aut humanitate politiores P. Africano, C. Laelio *etc.*, id. de Or. 2, 37, 154. Neque repugnabo, quo minus omnia legant, omnia audiant, in omni recto studio atque humanitate versentur, id. ib. 1, 60, 256. Haec Scipio ille non intelligebat, homo doctissimus atque humanissimus, tu sine ulla bona arte, sine humanitate, sine ingenio, sine literis intelligis et iudicas, id. Verr. 2, 4, 44, 98. Qui quum doctrinae studio atque humanitatis, tum etiam hospitio Dionis tenebantur, id. Coel. 10, 24; vgl.: Propter humanitatem atque doctrinam Anco regi familiaris est factus, id. Rep. 2, 20. In omni genere sermonis, in omni parte humanitatis dixerim oratorem perfectum esse debere, id. de Or. 1, 16, 71; vgl.: Statuisti oratorem in omni genere sermonis et humanitatis esse perfectum, id. ib. 1, 9, 35. Hesterno sermone nobis oratorem descripseras inopem quendam humanitatis atque inurbanum, id. ib. 2, 10, 40. Ea quae multum ab humanitate discrepant, ut si quis in foro cantet, feiner Lebensart, id. Off. 1, 40, 145. — Socratem opinor in hac ironia dissimulantiaque longe lepore et humanitate omnibus praestisse, Feinheit der Rede, id. de Or. 2, 67, 270. (Epistolae) quum humanitatis sparsae sale, tum insignes amoris notis, id. Att. 1, 13, 1. Literis eorum et urbanitate Chrysogonus ducitur... non est veri simile, ut Chrysogonus horum literas adamarit aut humanitatem, id. Rosc. Am. 41, 121. Si non virtute, non industria *etc.*... at sermone, at literis, at humanitate eius delectamini *etc.*, id. Verr. 2, 3, 4, 8.

humaniter, *adv.*, ſ. humanus am Ende.

hūmānĭtus, *adv.* [humanus, analog mit divinitus v. divinus] nach menſchlicher Art, menſchlich I) im Allgem. (ſehr ſelten, aber gut klaſſiſch): Adducor ferre humana humanitus, Afran. b. Non. 514, 20. Si quid me (*i. e.* mihi) fuerit humanitus, ut teneatis, Enn. Ann. 2, 13; ſo: Si quid mihi humanitus accidisset, Cic. Phil. 1, 4, 10. Ursi autem coeunt humanitus strati, Plin. 10, 63, 83. — *II) insbeſond. für d. gewöhnl. humane u. humaniter, menſchlich, höflich, freundlich: Ubi rem rescivi, coepi non humanitus Neque ut animum decuit aegrotum adolescentuli Tractare, Ter. Heaut. 1, 1, 47.

hūmānus (archäiſt. Nebenform: „HEMONA humana et HEMONEM hominem dicebant", Fest. p. 100 Müll.; vgl. homo zu Anf.), a, um, *adj.* [homo] dem Menſchen eigen, menſchlich, Menſchen- I) im Allgem.: Esse aliquem humana specie et figura, qui tantum immanitate bestias vicerit, ut *etc.*, Cic. Rosc. Am. 22, 63; ſo ∾ simulacra, id. Rep. 3, 9; ∾ caput, Menſchenkopf, Hor. A. P. 1; Flor. 1, 7, 8. ∾ succidiae, Cato b. Gell. 13, 24, 12. Cyclopis venter velut olim turserat alti, Carnibus humanis distentus, Menſchenfleiſch, Enn. Ann. 7, 76; ſo: Humana qui dape pavit equas, Ovid. Her. 9, 68 und: Athenas obsidione et fame ad humanos cibos compulit, Flor. 3, 5, 10; vgl. auch ∾ hostiae, Menſchenopfer, Cic. Fontej. 10, 21; Tac. Germ. 9; Plin. 8, 22, 34; Flor. 1, 16, 7. ∾ lac, Menſchenmilch, Plin. 28, 9, 33. Quod ex infinita societate generis humani ita contracta res est *etc.*, des menſchlichen Geſchlechtes, Cic. Lael. 5, 20; ſ. genus S. 738, a. Humanae vitae varia reputantes mala, Enn. b. Cic. Tusc. 1, 48, 115; vgl.: Qui praestantibus ingeniis in vita humana divina studia coluerunt, Cic. Rep. 6, 18; und im *Compar.*: Ergo hercules vita humanior sine sale non quit degere, Plin. 31, 7, 41 §. 88. Omnium divinarum humanarumque rerum, Cic. Lael. 6, 20; ſ. divinus S. 233. (Bestiae) id faciunt cum desiderio et cum quadam similitudine amoris humani, Cic. Lael. 21, 81. ∾ natura, id. Rep. 1, 14. ∾ virtus, id. ib. 1, 7 *fin.* ∾ casus, id. Lael. 2, 7. ∾ cultus, id. de Or. 1, 8, 33; humanissima voluptas, id. Acad. 2, 41, 127. ∾ ignes, der Menſchen zum gewöhnlichen Gebrauch, Plin. 2, 107, 111. ∾ dapes, d. i. menſchliche Excremente, id. 17, 9, 6 §. 51. „*Humanum sacrificium* dicebant, quod mortui causa fiebat," Fest. p. 103 Müll. ∾ scelus, gegen Menſchen verübt, Liv. 3, 19 *fin.*; 29, 18 *fin.* — Qui vim fortunae, qui omnia humana, quaecumque accidere possunt, tolerabilia ducat, Cic. Tusc. 5, 6, 17; vgl.: Despicientem omnia humana, id. Rep. 1, 17 und: Haec coelestia semper spectato, illa humana contemnito, id. ib. 6, 19. Si quid mihi humanum contigerit, etwas Menſchliches zuſtößt, d. i. wenn ich ſterbe, Paul. Dig. 16, 3, 26 (wofür humanitus, ſ. d. W.). — Persuasit nox, amor, vinum, adolescentia: Humanum'st, Ter. Ad. 3, 4, 25; ſo: Metum virgarum nauarchus pretio redemit: humanum est; alius, ne condemnaretur, pecuniam dedit: usitatum est, Cic. Verr. 2, 5, 44, 117; vgl.: Nonne ea dissimulare nos magis humanum est quam *etc.*?, Ter. Hec. 4, 1, 38. — Abſolut: Saepe usque adeo mortis formidine vitae Percipit humanos odium lucisque videndae, Ut *etc.*, d. i. die Menſchen, die Sterblichen, Lucr. 3, 80; ſo: In dubioque fuere, utrorum ad regna cadundum Omnibus humanis esset terraque marique, id. 3, 849 und: Natura humanis omnia sunt paria, Varro b. Non. 81, 10; vgl. auch: Pulcher et humano maior trabeaque decorus Romulus, Ovid. Fast. 2, 503 (aber Cic. Att. 13, 21 iſt ut *homo* ſtatt ut *humanus* zu leſen, ſ. Orell. z. d. St.). Homo sum: humani nihil a me alienum puto, Ter. Heaut. 1, 1, 25.

II) insbeſond. A) menſchlich mild, menſchenfreundlich, leutſelig, human: Cyrum minorem Persarum regem et ceteris in rebus communem erga Lysandrum atque humanum fuisse, Cic. de Senect. 17, 59; vgl.: Apud hominem facillimum atque humanissimum Plancum, id. Att. 16, 16, C, 12. Haec ego putabam esse omnia humani ingeni Mansuetique animi officia, Ter. And. 1, 1, 86; vgl.: Quod ipse moderatissimi atque humanissimi fuit sensus, Planc. b. Cic. Fam. 10, 24, 5. In primis Catonis (praeceptum) humanissimum utilissimumque, id agendum ut diligant vicini, Plin. 18, 6, 8 §. 44 (vgl. Cato R. R. 4).

B) von menſchlich-edler Geiſtesbildung, fein gebildet, gebildet, fein: Gentem quidem nullam video neque tam humanam atque doctam neque tam immanem atque barbaram, quae non significari futura posse censeat, Cic. Divin. 1, 1, 2; vgl.: Haec Scipio ille non intelligebat, homo doctissimus atque humanissimus: tu sine ulla bona arte, sine humanitate, sine ingenio, sine literis intelligis et iudicas, id. Verr. 2, 4, 44, 98. Syracusani, homines periti et humani, id. ib. 2, 5, 28, 70. Haec ego non possum dicere non esse hominis quamvis et belli et humani; sapientis vero nullo modo *etc.*, id. Fin. 2, 31, 102. Praxiteles, qui propter artificium egregium nemini est paulum modo humaniori ignotus, Varro b. Gell. 13, 16, 3 („*eruditiori doctiorique*," Gell. ſ. d. ganze Kapitel). Ut aliquando subtilitatem veteris urbanitatis et humanissimi sermonis attingerem, Cic. Qu. Fr. 2, 10, 2.

Adv. in zwei Formen humane und humaniter, 1) (nach *no.* I) menſchlich, auf menſchliche Art. α) Form *humane*: Vix humane patitur, Ter. Ad. 1, 2, 65. Intervalla vides humane commoda, d. i. gar ſehr, hübſch bequem, Hor. Ep. 2, 2, 70. — β) Form *humaniter*: Docebo profecto, quid sit humaniter vivere, Cic. Fam. 7, 1, 5. Sin aliter acciderit, humaniter feremus, id. Att. 1, 2, 1. —

b) *Compar.*: Si qui forte, quum se in luctu esse vellent, aliquid fecerunt humanius, aut si hilarius locuti sunt, Cic. Tusc. 3, 27, 64. — 2) insbesond. (nach *no.* II, A) menſchenfreundlich, freundlich, leutſelig, artig, human: α) Form *humane*: Hirtium aliquid ad te συμπαθῶς de me scripsisse facile patior: fecit enim humane, Cic. Att. 12, 44, 1. — β) Form *humaniter*: Invitus literas tuas scinderem: ita sunt humaniter scriptae, Cic. Frgm. ap. Non. 509, 21. — b) *Superl.*: Quod se sua voluntate erga Caesarem humanissime diligentissimeque locutus esses, id. Qu. Fr. 3, 1, 6, 20; vgl.: Saepe inscientibus nobis et coenantibus obrepit sublataque severitate philosophiae humanissime nobiscum iocatur, Cic. fil. ap. Cic. Fam. 16, 21, 3. Ducem se itineris humanissime promisit, Petron. Sat. 8.

hūmātĭo, ōnis, *f.* [humo] das Beerdigen, die Beerdigung (ſehr ſelten): Ut aliquid etiam de humatione et sepultura dicendum existimem ... humatio ad corpus pertinet, sive occiderit animus sive vigeat, Cic. Tusc. 1, 43, 102.

* hūmātor, ōris, *m.* [humo] der Beerdiger: Non illum Poenus humator Consulis *etc.*, Lucan. 7, 799.

hūmecto, āvi, ātum, 1. *v. a. u. n.* [humectus] I) *act.* befeuchten, benetzen (poet. u. in nachauguſt. Proſa): Qua niger humectat flaventia culta Galesus, Virg. Georg. 4, 126. Et sacer humectat fluvialia rura Capenas, Sil. 13, 85. Statque humectata Vomano Adria, id. 8, 439. Et lacrimis salsis humectent ora genasque, Lucr. 1, 919; ſo von Weinenden, Virg. Aen. 1, 465; 11, 90; Ovid. Met. 9, 655. Dum meus humectat flaventes Lucifer agros (rore), bethaut, Claudian. Rapt. Pros. 2, 121. Eius (agni) os pressis humectare papillis, Colum. 7, 3, 17. Poetiſch: (Mulier) tenet assuctis humectans oscula labris, Lucr. 4, 1190. — II) *neutr.* von den Augen, feucht ſein, thränen: Ardent (oculi), intenduntur, humectant, connivent, Plin. 11, 37, 54. Cogit adversos intueri solis radios, et si conniventem humectantemque animadvertit, praecipitat e nido, id. 10, 3, 3.

hūmectus, a, um, *adj.* [humeo] von feuchter Natur, feucht, naß (vor- u. nachklaſſ. Wort für d. klaſſ. humidus): Pacuvius, *Terra exhalat auram atque auroram humidam, humectam*, Varro L. L. 5, 4, 9 §. 24. Sicubi in his locis ripae aut locus humectus erit, Cato R. R. 6, 3; Varro R. R. 1, 24, 4. Dummodo, quod capias, concoctum didere possis Artubus et stomachi humectum servare tenorem, Lucr. 4, 634. Qui sensim trahunt potum, ventres habent humectiores, Macrob. Sat. 7, 15 *med.* Mulier humectissimo est corpore, id. ib. 7, 6 *med.*

hūmĕfăcĭo, o. Perf., factum, 3. *v. a.* [humeo-facio] feucht machen, anfeuchten, befeuchten (nachklaſſ. Wort): De halitu terrae aut maris nebula exsistit, quae dispersa humefacit, quicquid texerit, Lactant. de Ira D. 10. Spongia crebro humefacta, Plin. 32, 10, 48.

hūmĕo, ēre, *v. n.* feucht ſein, naß ſein (poet. u. in nachauguſt. Periode; am häufigſten im *partic. praes.*) α) *verb. finit.*: Calida qui locus humet aqua, Ovid. Fast. 4, 146. Stagnata paludibus hument, id. Met. 15, 269. Hument incultae fonte perenne genae, id. Her. 8, 64; ſo: Dat gemitus arbor lacrimisque cadentibus humet, id. Met. 10, 509. — β) *partic. praes.*: Frigida pugnabant calidis, humentia siccis, Ovid. Met. 1, 19. Necdum satis humentes terrae (Nilo), Plin. Paneg. 30, 4. (Nebulas) humenti tellure remitti, Ovid. Met. 1, 604. ∾ litora, Virg. Aen. 7, 763. Exprimere humentes spongias, Suet. Vesp. 16. Humens coelum, Flor. 2, 4. Humenti fluvio revocare colorem (*epithetes ornans*), Sil. 13, 123. Tergebam humentes credulus usque genas, Tibull. 1, 9, 38; ſo ∾ oculi, Ovid. Met. 11, 464; ∾ oculi atque ora, Sil. 9, 30. Humentemque Aurora polo dimoverat umbram, d. i. die kühle Nacht, Virg. Aen. 3, 589; vgl.: Humentis rores noctis terramque madentem, Sil. 2, 469 und: Nocte sub ancipiti quamvis humentibus astris, Stat. Theb. 3, 2.

hŭmĕrāle, is, *n.* [humerus] das (militäriſche) Schulterfeld: Si miles tibiale vel humerale alienavit, castigari verberibus debet, Paul. Dig. 49, 16, 14.

hŭmĕrŭlus, i, *m. demin.* [humerus] eine kleine Schulter (ſpätlat.), Vulg. Reg. 1, 7, 30.

hŭmĕrus (auch umerus geſchr.), i, *m.* der Knochen des Oberarms, Cels. 8, 1.

II) übertr. A) der Oberarm (ſo nur poetiſch f. d. gewöhnl. lacertus): Tandem haurire parat demissis flumina palmis, Innixus dextro plena trahens humero, Oberarm, Arm, Prop. 1, 20, 44. Ambo hastile gerunt, humeros exsertus uterque, Stat. Theb. 5, 439; vgl.: Exserti ingentes humeros: chlamys horrida pendet, id. ib. 4, 235.

B) die Schulter, Achſel (der Menſchen, dagegen armus der Thiere, ſ. d. W.) (dies die herrſchende Bedeutung des Wortes): Meus est ballista pugnus, cubitus catapulta est mihi, Humerus aries: tum genu ad quemque iecero, ad terram dabo, Plaut. Capt. 4, 2, 17. Id connexum in humero laevo, expapillato brachio, id. Mil. gl. 4, 4, 44. Sagittae pendebant ab humero, Cic. Verr. 2, 4, 34, 74; vgl.: Insignemque pharetra Fraternaque humerum lyra, Hor. Od. 1, 21, 12. Humerum apertum gladio appetit, Caes. B. G. 2, 35, 2. Chloris albo sic humero nitens, Hor. Od. 2, 5, 18. Sparsum odoratis humerum capillis, id. ib. 3, 20, 14. — Im Plural: Scutum, gladium, galeam in onere nostri milites non plus numerant quam humeros, lacertos, manus, Cic. Tusc. 2, 16, 37. Ut

brachia modo atque humeri ad sustinenda arma liberi ab aqua esse possent, Caes. B. G. 7, 56, 4. Pedites tantummodo humeris ac summo pectore exstare, id. B. C. 1, 62, 2. Quum Milo humeris sustineret bovem vivum, Cic. de Senect. 10, 33. Quod pupillum filium ipse paene in humeros suos extulisset, id. de Or. 1, 53, 228. Densum humeris vulgus, Hor. Od. 2, 13, 32. Nube candentes humeros amictus Augur Apollo, id. ib. 1, 2, 31; ſo ∾ candidi, id. ib. 1, 13, 10. Humeris positurus arcum, id. ib. 3, 4, 60. Et quae nunc humeris involitant, deciderint comae, id. ib. 4, 10, 3 u. dgl. Digiti (Hippomenes) curvantur in ungues: Ex humeris armi fiunt, Ovid. Met. 10, 700; ſo: Ex humeris (Centauri) medios coma descendebat in armos, id. ib. 12, 396; vgl.: Terrestrium solus homo bipes: uni iuguli, humeri, ceteris armi, Plin. 11, 43, 98. Doch findet ſich auch humerus von Thieren (wie umgekehrt armi von Menſchen, ſ. armus): Quid de bobus loquar? quorum ipsa terga declarant *etc.* ... Tum vires humerorum et latitudines ad aratra extrahenda, Cic. N. D. 2, 63, 159. Iubae (gallinaceorum marum) variae, per colla cervicesque in humeros diffusae, Colum. 8, 2, 9. — Wie im Deutſchen als Bild des Laſttragens: Tota ut comitia suis, ut dictitabat, humeris sustineret, Cic. Mil. 9, 25. Rem publicam vos universam vestris humeris, vestris inquam humeris, iudices, sustinetis, id. Flacc. 37, 94. Quum expertus esset, quam bene humeris tuis sederet imperium, Plin. Paneg. 10, 6. Consulatus ipse sibi tuis humeris attolli et augescere videtur, id. ib. 57, 4. Sumite materiam vestris qui scribitis aequam Viribus, et versate diu, quid ferre recusent, Quid valeant humeri, Hor. A. P. 40.

2) übertr. zur Bezeichnung des mittlern Theiles eines Gegenſtandes, die Schulter, der Rücken (nachauguſt.): Certum est ab humeris arborum surculos petendos, Plin. 17, 14, 24: ſo von Pflanzen, Colum. 3, 10, 5; Arb. 3, 1. Montium flexus crebrique vertices et conflexa cubito aut confracta in humeros iuga, Plin. 2, 44, 44; ſo von Bergrücken, Stat. Theb. 6, 714. Rhegium oppidum in humere eius (Italiae) situm, a quo veluti cervicis incipit flexus, Plin. 3, 5, 6 §. 43; ſo: Duo haec oppida (Megara et Pagarum) excurrente Peloponneso sita sunt, utraque ex parte velut in humeris Helladis, id. 4, 7, 11.

hūmesco, ĕre, *v. inch. n.* [humeo] feucht-, naß werden (poet. u. in nachauguſt. Proſa): (Equi) humescunt spumis flatuque sequentum, Virg. Georg. 3, 111. Cortex non humescit, Plin. 17, 14, 24. Terra humescens rore occulto, id. 18, 34, 77 §. 339; ſo ∾ solum, Pallad. Sept. 10, 3. Vidimus humescentes oculos tuos, Plin. Paneg. 73, 4.

humi, *adv.*, ſ. humus.

humide, *adv.*, ſ. humidus am Ende.

hūmĭdŭlus, a, um, *adj. demin.* [humidus] etwas feucht (poet. u. äußerſt ſelten): Fallet et humiduli quae fiet acumine lini, Ovid. A. A. 3, 629. ∾ comae, Auson. Ep. 106.

hūmĭdus, a, um, *adj.* [humeo] feucht, naß I) eigentl. (häufig u. gut klaſſiſch): Simplex est natura animantis, ut vel terrena sit vel ignea vel animalis vel humida, Cic. N. D. 3, 14, 34; vgl.: Terrena et humida suo pondere in terram et in mare feruntur, id. Tusc. 1, 17, 40. Ex imbribus humida tellus, Lucr. 2, 873; ſo ∾ terra, id. 6, 1100. Ignem ex lignis viridibus atque humidis in loco angusto fieri iussit, Cic. Verr. 2, 1, 16, 45; vgl.: (Naves) factae subito ex humida materia, *Caes. B. C. 1, 58, 3. ∾ saxa, Lucr. 5, 948 *sq.* ∾ templa linguaï, id. 4, 626. ∾ lumina, Ovid. Met. 9, 536. ∾ creta, Hor. Epod. 12, 10. Quanto humidius est solum et coelum placidioresque venti, Colum. 4, 19, 2. Ager uliginosus humidissimus, Varro L. L. 5, 5, 9 §. 44. Humidissimum cerebrum, Plin. 11, 37, 49. Per ego deum sublimes subices humidas, Unde oritur imber, Enn. b. Gell. 4, 17, 14. Humida nox, Virg. Aen. 2, 8; ſo ∾ dies, Quintil. Inst. 11, 3, 27; ∾ solstitia, Virg. Georg. 1, 100. ∾ regna, d. i. des Fluſſes, id. ib. 4, 363. Caedunt securibus humida vina, d. i. vormals flüſſig (jetzt gefroren), id. ib. 3, 364 Heyn. — Als *epitheton ornans*: ∾ maria, Virg. Aen. 5, 594. ∾ mella, id. ib. 4, 486. — Im Neutrum abſolut: Castra in humido locare, Curt. 8, 4. Pontes et aggeres humido paludum imponere, Tac. Ann. 1, 61. Herba in humidis nascens, Plin. 24, 11, 64. Sirius alto Defluit ab coelo mersumque per humida quaerit, d. i. den Ocean, Avien. Arat. 755. — *II) tropiſch wäſſerig, matt: Qui sunt leves et futiles locutores, quique nullo rerum pondere innixi verbis humidis et lapsantibus diffluunt, Gell. 1, 15, 1.

**Adv.*: Haec tigna humide putrent, Plaut. Most. 1, 2, 67.

***hūmĭfer**, ĕra, ĕrum, *adj.* [humor-fero] Feuchtigkeit enthaltend, feucht: Naribus humiferum duxere ex aere succum, Cic. poët. Divin. 1, 9, 15.

***hūmĭfĭco**, are, *v. a.* [humificus] feucht machen, befeuchten: Sementem Notus humificet, sit bruma nivalis, Auson. Idyll. 8, 12.

***hūmĭfĭcus**, a, um, *adj.* [humor-facio] feucht machend, befeuchtend: ∾ spiritus lunae, Plin. 2, 101, 1.

hŭmĭlĭātĭo, ōnis, *f.* [humilio] die Erniedrigung, Herabwürdigung (nachklaſſ. W.), Tertull. Virg. vel. 13; adv. Herm. 7; Patient. 13.

hŭmĭlĭfĭco, are, *v. a.* [humilis-facio] erniedrigen, herabwürdigen (nachklaſſ. W.): Exomologesis prosternendi et humilificandi disciplina est, Tertull. Poen. 9.

hŭmĭlĭo, āvi, ātum, 1. *v. a.* [humilis] erniedrigen, herabwürdigen (nachklaſſ. W.):

Resurget corpus nostrum, quod humiliatur in passionibus, Tertull. adv. Marc. 5, 20 *fin.* Frustra nos hic humiliamus, ut ibi possimus esse maiores, Hieron. adv. Iovin. 1, 18. Publicanus non tantum prece, sed et vultu humiliatus atque deiectus, Tertull. Or. 13. Humiliatae cervices, Sidon. Ep. 5, 14 *fin.* Ad humiliandum celsitudinem potestatis, Ammian. 30, 4.

hŭmĭlis, e, *adj.* [humus, wie χαμαλὸς v. χαμαί, ſ. humus zu Anf.: an der Erde befindlich, d. i.] niedrig (gut klaſſiſch, beſond. häufig im trop. Sinne)

I) eigentl.: Arbores et vites et ea quae sunt humiliora neque se tollere a terra altius possunt, Cic. Tusc. 5, 13, 37; vgl.: Turrim primo ad repentinos incursus humilem parvamque fecerant ... postea vero inventum est, magno esse usui posse, si haec esset in altitudinem turris elata, Caes. B. C. 2, 8, 1 *sq.* Vallus humiliore paullo munitione, id. ib. 3, 63, 2. (Naves) ad celeritatem onerandi subductionesque paullo facit humiliores quam quibus in nostro mari uti consuevimus, id. B. G. 5, 1, 2. Humiles habitare casas, Virg. Ecl. 2, 29; ſo ∾ domus, Hor. Od. 3, 1, 22; ∾ postes, Ovid. Met. 8, 639; ∾ arcus, id. ib. 3, 30; ∾ arae, Val. Flacc. 3, 426. Arvum Pingue tenent humilis Forenti, niedrig, in der Ebene gelegen, Hor. Od. 3, 4, 16; ſo ∾ Myconos, Ovid. Met. 7, 463; vgl.: Procul obscuros colles humilemque videmus Italiam, Virg. Aen. 3, 522. Humillimo solo aqua diutissime immorata, Iustin. 2, 1 *med.* Avi similis, quae circum litora circum Piscosos scopulos humilis volat aequora iuxta, in der Tiefe, niedrig, Virg. Aen. 4, 255; vgl.: Decisis humilis pennis, Hor. Ep. 2, 2, 50. Potest ex deformi humilique corpusculo exire formosus animus ac magnus, niedrig, klein, Senec. Ep. 66; ſo: Brevi atque humili corpore homines, Gell. 19, 13, 3 und: Quorum neminem adeo humilem esse, ut humeri eius non possent Macedonis militis verticem aequare, Curt. 7, 4. Humiles Cleonae, klein, winzig, Ovid. Met. 6, 417 (bei Ptolem. πόλις οὐ μεγάλη); ſo ∾ Troia, id. ib. 15, 424. Ipse humili designat moenia fossa, d. i. klein, nicht tief, Virg. Aen. 7, 157; ſo ∾ fossa, Tac. Ann. 1, 61; vgl. ∾ radix, Plin. Ep. 8, 20, 5.

II) tropiſch A) dem Range, der Geburt, dem Vermögen, dem Werthe, der Geltung u. dgl. nach niedrig, gering, dürftig, unbedeutend u. dgl.: Ut si parentibus nati sint humilibus, Cic. Lael. 17, 90; ſo: Qui humiles nati dici locupletes student (kurz darauf: Trivio conceptus et educatus stercore), Phaedr. 1, 27, 2. Humiles et obscuri homines, Cic. Divin. 1, 40, 88. Indignum est a pari vinci aut superiore, indignius ab inferiore atque humiliore, id. Quint. 31, 95. Humillimus homo de plebe, Liv. 3, 19, 9; vgl.: Humilis in plebe et ideo ignobilis (puerpera), Plin. 7, 9§ 36. Ne latos fines parare studeant potentioresque humiliores possessionibus expellant, Caes. B. G. 6, 22, 3; ſo: Qua pauper aquae Daunus agrestium Regnavit populorum ex humili potens, Hor. Od. 3, 30, 12. Tanta erat magnificentia apud opulentiores, cupiditas apud humiliores, Hirt. B. G. 8, 51 *fin.* Hos (Ubios) quum Suevi propter amplitudinem gravitatemque civitatis finibus expellere non potuissent, tamen vectigales sibi fecerunt ac multo humiliores infirmioresque redegerunt, Caes. B. G. 4, 3 *fin.* Nedum hominum humilium, ut nos sumus, sed etiam amplissimorum virorum consilia ex eventu, non ex voluntate a plerisque probari solent, Balb. et Opp. ap. Cic. Att. 9, 8, A, 1. Satis superque humilis est, qui aequo iure in civitate vivit nec inferendo iniuriam nec patiendo, Liv. 3, 53, 9. Iunge tuis humiles, ambitiose, manus, d. i. Dienerſchaar, Ovid. A. A. 2, 254. Civitas ignobilis atque humilis, Caes. B. G. 5, 28, 1. — Humilem sane relinquunt et minime generosum, ut ita dicam, ortum amicitiae, Cic. Lael. 9, 29. Eporedorix Aeduus, summo loco natus adolescens, et una Viridomarus, pari aetate sed genere dispari, quem Caesar ex humili loco ad summam dignitatem perduxerat, Caes. B. G. 7, 39, 1. Qui cogitationes suas abiecerunt in rem tam humilem atque contemptam, Cic. Lael. 9, 32; vgl.: Quo studio quoniam satiari non possunt, omnium ceterarum rerum obliti nihil abiectum, nihil humile cogitant, id. Fin. 5, 20, 57 und: Mediocribus multis aut nulla aut humili aliqua arte praeditis, id. Arch. 5, 10; ſo ∾ et sordidae curae, Plin. Ep. 1, 3, 3; ∾ rei pictor, Plin. 35, 10, 37 *fin.*; ∾ atque obsoletus vestitus, Nep. Ages. 8. ∾ agna, ärmlich, dürftig, Hor. Od. 2, 17, 32. — So auch häufig von der niedern Rede: Iambus frequentissimus est in iis, quae demisso atque humili sermone dicuntur, Cic. Or. 58, 196; ſo ∾ sermo, Hor. A. P. 229; vgl.: Neque humilem et abiectam orationem nec nimis altam et exaggeratam probat, Cic. Or. 57, 192. Verbum durum aut insolens aut humile, id. Brut. 79, 274; ſo ∾ et vulgaria verba, Quintil. Inst. 10, 1, 9. Neque enim vulgaris esse neque humilis nec insuavis potest (translatio), id. ib. 8, 6, 5. Si quis sublimia humilibus misceat, id. ib. 8, 3, 60. Quae humilia circa res magnas, apta circa minores videntur, id. ib. 8, 3, 18. ∾ et quotidianum sermonis genus, id. ib. 11, 1, 6. Nil parvum aut humili modo, Nil mortale loquar, Hor. Od. 3, 25, 17.

B) dem Charakter, der Geſinnung nach niedrig, klein, gemein, ſich erniedrigend, von niederer Geſinnung u. dgl.: Qui unquam apparitor tam humilis? tam abiectus? omnia rogabat, caput in aversam lecticam inserens beneficia, quae venderet, a collega petebat, Cic. Phil. 2, 32, 82. Ille amicus noster fractus animo quo se conferat nescit ... Ac vide mollitiem animi. Qui antea solitus esset iactare se magnificentissime illo in loco, ut ille tum humilis, ut demissus erat!, id.

Att. 2, 21, 3. Humillimus assentator, Vellej. 2, 83, 1. (Pueri) fiunt humiles statum et velut terram spectantes, qui nihil supra quotidianum sermonem attollere audeant, Quintil. Inst. 2, 4, 9. Neque nos simus tam humiles, ut quae laudamus inutilia credamus, id. ib. 11, 1, 13. Privata deduci superbo Non humilis mulier triumpho, Hor. Od. 1, 37, 32. — Succumbere doloribus eosque humili animo imbecilloque ferre miserum est, Cic. Fin. 1, 15, 49; so ∾ animi, Lucr. 6, 52. Si prece et obsecratione humili ac supplici utemur, Cic. Invent. 1, 16, 22; vgl.: Postea prosternerent se et populo Romano fracto animo atque humili supplicarent, id. Planc. 20, 50; so humillimae preces, Suet. Vit. Lucan. ∾ pavor, Virg. Georg. 1, 331; vgl. ∾ metus, Val. Flacc. 3, 394.

Adv. niedrig 1) eigentl. (so nachaugust. u. sehr selten): In loco clivoso humilius rami arborum servandi sunt, in plano altius, Palad. 3, 13, 3. Eadem facta claritate vel obscuritate facientium vel tolluntur altissime vel humillime deprimuntur, d. i. sehr tief, Plin. Ep. 6, 24, 1. — 2) tropisch (nach *no.* II, B) niedrig, mit kleinem Geiste, auf erniedrigende Weise u. dgl. (so gut klassisch): Non est ausus elate et ample loqui, quum humiliter demisseque sentiret, Cic. Tusc. 5, 9, 24. Haec natura multitudinis est, aut servit humiliter aut superbe dominatur, Liv. 24, 25, 8; so ∾ servire alicui, id. 45, 32, 5. Audacter territas, humiliter placas, Auct. Herenn. 4, 20, 28. Animose paupertatem ferre, humiliter infamiam, Senec. Ep. 120 *med.*

hŭmĭlĭtas, ātis, *f.* [humilis] die Niedrigkeit, und zwar, nach humilis, I) eigentl.: Naves omnes actuarias imperat fieri, quam ad rem humilitas multum adiuvat (kurz vorher: Naves paullo facit *humiliores*), Caes. B. G. 5, 1, 3. Neque plane occultati humilitate arborum, Sall. Iug. 49, 5. Aliorum animalium ea est humilitas, ut cibum terrestrem rostris facile contingant, Cic. N. D. 2, 47, 122. Sidera multum inter se aut altitudine aut humilitate distantia, id. Tusc. 5, 24, 69; so: Docet ratio mathematicorum, quanta humilitate luna feratur, terram paene contingens, id. Divin. 2, 43, 91.

II) tropisch A) die Niedrigkeit des Ranges, der Geburt, des Werthes u. dgl., die Geringfügigkeit u. dgl.: Malorum turba quaedam, paupertas, ignobilitas, humilitas, solitudo *etc.*, Cic. Tusc. 5, 10, 29. Quorum prima aetas propter humilitatem et obscuritatem in hominum ignoratione versatur, id. Off. 2, 13, 45. Quis enim erat, qui non videret humilitatem cum dignitate de amplitudine contendere?, id. Rosc. Am. 47, 136. Is autem humilitatem despicere audet cuiusquam, qui ex Fadia sustulerit liberos?, id. Phil. 13, 10, 23; so obiicere humilitatem alicui, Liv. 26, 31, 4. Id se facile ex humilitate sua probare posse, quod *etc.*, Caes. B. G. 5, 25. ∾ infima natalium, Plin. 18, 6, 7 §. 37. ∾ generis, Sall. Iug. 73, 4; so ∾ generis ac nominis, Suet. Vesp. 4. — Obliterata quoque scrutabimur, nec deterrebit quarundam rerum humilitas, Plin. 14, 1, 1 §. 7.

B) die niedere Gesinnung, Erniedrigung, Demüthigung u. dgl.: Habet levitatem laetitia gestiens, humilitatem metus, Cic. Tusc. 3, 13, 27. Huic humilitati dicebat vel exsilium fuisse vel mortem anteponendam, id. de Or. 1, 53, 228. Et deiecto (capite) humilitas et supino arrogantia ostenditur, Quintil. Inst. 11, 3, 69; so *opp.* arrogantia, Caes. B. C. 1, 85, 5. Saepe virtus et magnificentia, in quo gravitas et auctoritas est, plus proficit ad misericordiam commovendam quam humilitas et obsecratio, Cic. Invent. 1, 56, 109. Summittere se in humilitatem causam dicentium, Liv. 38, 52, 2. — Equarum iubas tondere praecipiunt, ut asinorum in coitu patiantur humilitatem: comantes enim gloria superbire, Plin. 10, 63, 83 §. 180.

2) im guten Sinne, als Gegensatz des Stolzes, die Demuth (kirchenlat.), Lactant. 5, 15; Sulp. Sever. Vit. S. Mart. 2 *fin.* u. v. A.

humiliter, *adv.*, s. humilis am Ende.

hŭmo, ūvi, ūtum, 1. *v. a.* [humus] mit Erde bedecken, beerdigen, begraben (selten, aber gut klassisch): „In terram cadentibus corporibus iisque humo tectis, e quo dictum est *humari*", Cic. Tusc. 1, 16, 36. Quum ignotum quendam proiectum mortuum vidisset eumque humavisset haberetque in animo navem conscendere, moneri visus est, ne id faceret, ab eo, quem sepultura affecerat, id. Divin. 1, 27, 56. Magorum mos est non humare corpora suorum, nisi a feris sint ante laniata, id. Tusc. 1, 45, 108. Caesorum reliquias uno tumulo humaturus, Suet. Calig. 3. Humatus et conditus est, id. Vit. Hor. Mori et humari debere eos obrutos terra, Plin. 30, 7, 20. Me tegat arborea devia terra coma, Aut humet ignotae cumulus vallatus arenae, Prop. 3, 16, 29. Corpus humandum, Virg. Aen. 6, 161. — *II) übertr., im Allgem., wie d. griech. θάπτειν, eine Leiche bestatten, zu Grabe tragen: Militari honestoque funere humaverunt ossaque eius in Cappadociam deportanda curarunt, Nep. Eum. 13.

hūmor (archäist. humos, Lucr. 6, 1186), ōris, *m.* [abgeschwächt aus χῦμός, Flüssigkeit] jede Art Flüssigkeit, Feuchtigkeit, das Naß (gut klassisch): Aquae admixtum esse calorem ipse liquor aquae declarat et effusio, quae neque conglaciaret frigoribus *etc.* ... Itaque et aquilonibus reliquisque frigoribus durescit humor et idem vicissim mollitur tepefactus et tabescit calore, Cic. N. D. 2, 10, 26. Quin et humorem et calorem, qui est fusus in corpore ... si quis quaerat unde habemus apparet; quod aliud a terra sumpsimus, aliud ab humore, aliud ab igni *etc.*, id. ib. 2, 6, 18. Sidera marinis terrenisque humoribus extenuatis aluntur, id. ib. 2, 16,

43. Et humor allapsus extrinsecus, ut in tectoriis videmus austro, sudorem videtur imitari, id. Divin. 2, 27, 58. Nares humorem semper habent ad pulverem multaque alia depellenda non inutilem, id. N. D. 2, 57, 145. Nec (dii) iis escis aut potionibus vescuntur, ut aut nimis acres aut nimis concretos humores colligant, id. ib. 2, 23, 59. Et terrenum omne dividitur et humor ita mollis est, ut facile comprimi collidique possit, ignis vero et aër *etc.*, id. ib. 3, 12, 31. Ranarum et in terra et in humore vita, Plin. 8, 31, 48. Quo pacto persederit humor aquaï, Lucr. 1, 308; ſo ∾ liquidus aquaï od. aquarum, id. 3, 428; 1, 350; vgl. id. 1, 853; 2, 197; 3, 340; 6, 555; 876; 969; Ovid. Am. 2, 6, 32. ∾ pluvius, d. i. Regen, Lucr. 6, 496; 515. ∾ roscidus, d. i. Thau, Catull. 61, 25. ∾ circumfluus, d. i. der Ocean, Ovid. Met. 1, 30. ∾ candens lacteus, d. i. Milch, Lucr. 1, 259; ſo ∾ lacteus, Ovid. Met. 9, 358; 15, 79. ∾ Massicus Bacchi, d. i. Wein, Virg. Georg. 2, 143; vgl. ∾ dulcis musti, id. ib. 1, 295. Humor et in genas furtim labitur, d. i. Thräne, Hor. Od. 1, 13, 6. Caret os humore loquentis, d. i. Speichel, Ovid. Met. 6, 354; ſo: Linguam defecerat humor, id. ib. 9, 567. ∾ saccatus corporis, d. i. Urin, Lucr. 4, 1025; vgl.: Praefandi humoris e corpore effluvium, Plin. 7, 51, 52 und: Lyncum humor ita redditus glaciatur, id. 8, 38, 57. — In ſcherzhafter Uebertragung: Ego iam hic te itidem, quasi penicillus novus exurgeri solet, Ni hunc amittis, exurgebo, quicquid humoris tibi'st, Plaut. Rud. 4, 3, 70. Et ego amoris aliquantulum habeo humorisque meo etiam in corpore, id. Mil. gl. 3, 1, 45.

hūmōrōsus, a, um, *adj.* [humor] feucht, naß (nachklaſſ. Wort ſ. d. klaſſ. humidus): Nascitur in parietibus et humorosis locis, Appul. Herb. 51. ∾ corpora, Coel. Aur. Acut. 2, 10 *med.*

hŭmus, i (archäiſt. Form d. *abl. sing.* humu, Varr. b. Non. 488, 6 u. 48, 26), *f.* (archäiſt. *masc.*: Humum humidum pedibus fodit, Laev. b. Prisc. p. 719 P. ſo humidum humum, Gracch. ib.) [abgeſchwächt aus der Grundform *XAM*, wovon χαμαί, χαμόθεν, χαμαλός, lat. humilis] die (zu unſern Füßen befindliche) Erde, der Erdboden, das Erdreich (gut klaſſiſch): Versabatur inter hos Gallius unguentis oblitus, redimitus coronis: humus erat immunda, lutulenta vino, coronis languidulis et spinis cooperta piscium, Cic. Frgm. Or. pro Gall. ap. Quintil. Inst. 8, 3, 66 (ap. Orell. IV, 2 p. 454); vgl.: Omnia constrata telis, armis, cadaveribus et inter ea humus infecta sanguine, Sall. Iug. 101 *fin.* Quum admiraretur Lysander et proceritates arborum et humum subactam atque puram, Cic. de Senect. 17, 59. Cubitis pinsibant humum, Enn. b. Varro L. L. 5, 4, 11 §. 23; vgl.: Procubuit moriens et humum semel ore momordit, gleichſ. biß ins Gras, ſtarb (vgl. d. homer. ὀδὰξ ἑλεῖν γαῖαν), Virg. Aen. 11, 418. Calcibus atram Tundit humum exspirans, id. ib. 10, 731; vgl.: Ludius aequatam ter pede pulsat humum, Ovid. A. A. 1, 112 und: (Numen tuum) Laudantes pede candido In morem Salium ter quatient humum, Hor. Od. 4, 1, 28. Acestes Aequaevum ab humo attollit amicum, Virg. Aen. 5, 452. Sub Iove nocte dieque Sedit humo nuda, Ovid. Met. 4, 261. Ipse feraces Figat humo plantas, Virg. Georg. 4, 115; vgl.: Rudi data semina iussit Spargere humo, Ovid. Met. 5, 647. Surgit humo iuvenis, id. Fast. 6, 735; vgl.: Nec se movit humo, id. Met. 4, 264. Deiectoque in humum vultu, id. ib. 6, 607. Propter humum volitat, id. ib. 8, 258. Modus materiarum is erit, quem dictabit humi atque ipsius stirpis laetitia, Colum. 4, 24, 4; vgl.: Quis cibus erat caro ferina atque humi pabulum uti pecoribus, Sall. Iug. 18, 1. Quod nunc communiter in omnibus sepultis ponitur, ut humati dicantur, id erat proprium tum in iis, quos humus iniecta contegeret *etc.* (kurz darauf gleba), Cic. Leg. 2, 22, 57. Quae (genera arborum) humi arido atque arenoso gignuntur, Sall. Iug. 48, 3 Kritz *N. cr.* — Poetiſch als Bild des Niedrigen, Gewöhnlichen, Gemeinen: Sermones repentes per humum, Hor. Ep. 2, 1, 251; vgl.: Ne dum vitat humum, nubes et inania captet, id. A. P. 230 und: Iuvat aut impellit ad iram, Aut ad humum moerore gravi deducit et angit, id. ib. 110; ſ. auch unt. *Adv.* Affigit humo divinae particulam aurae, id. Sat. 2, 2, 79.

B) übertr., im Allgem., wie solum und unſer Boden ſ. v. a. Land, Gegend (poetiſch): Ira Dei mitis non me misisset in istam, Si satis haec illi nota fuisset, humum, Ovid. Pont. 1, 2, 90. Punica nec Teucris pressa fuisset humus, id. Her. 7, 140; ſo ∾ Aonia, id. Fast. 1, 490; Illyrica, id. Med. fac. 74; Pontica, id. Pont. 3, 5, 56.

II) Adverbialform humi, wie χαμαί, an., auf der Erde oder zur Erde nieder, zur Erde, auf die Erde: Iacere humi non modo ad obsidendum stuprum, verum etiam ad facinus obeundum, Cic. Catil. 1, 10, 26. Hiemem et aestatem iuxta pati, humi requiescere, Sall. Iug. 85, 33. Hoc videtur esse altius, quam ut id nos humi strati suspicere possimus, id. de Or. 3, 6, 22; vgl.: Professus grandia turget, Serpit humi tutus nimium timidusque procellae, Hor. A. P. 28. — Quousque humi defixa tua mens erit?, auf die Erde geheftet, Cic. Rep. 6, 17. Locus (*i. e.* Tullianum) circiter duodecim pedes humi depressus, Sall. Catil. 55, 3. Quot humi morientia corpora fundis?, Virg. Aen. 11, 665. Spargere humi dentes, Ovid. Met. 3, 105. — Sternitur exanimisque tremens procumbit humi bos, Virg. Aen. 5, 481. Volvitur ille excussus humi, id. ib. 11, 640; vgl.: Proiectum humi iugulavit, Tac. Hist. 2, 64.

Hunni (auch Chunni u. Chuni), ōrum, m.,

die Hunnen, „Ammian. 31, 2“; Claudian. in Rufin. 1, 321; 2, 270; Veget. 3 praef. 1. — II) Davon abgeleitet Hunniscus, a, um, *adj.*, zu den Hunnen gehörig, hunnisch: ∾ equus, Veget. 4, 4; 7.

Hunniscus, a, um, s. Hunni *no.* II.

†hyăcinthaeus, a, um, *adj.* = ὑακίνθαιος, zur Hyacinthe gehörig, hyacinthisch (nachklass. s. hyacinthinus): Et hyacinthaeus circuit ordo domum, Hyacinthenreihe, Venant. Carm. 8, 8, 20; so id. 6, 270.

Hyacinthia, orum, s. Hyacinthus *no.* I.

†hyăcinthĭnus, a, um, *adj.* = ὑακίνθινος, zur Hyacinthe gehörig, Hyacinthen-: ∾ flos, d. i. die Hyacinthe, Catull. 61, 93. ∾ lena, d. i. hyacinthenfarbig, Pers. 1, 32.

†hyăcinthizontes, um, *m.* = ὑακινθίζοντες, hyacinthenfarbig: ∾ berylli, Plin. 37, 5, 20; Solin. 55 *fin.*

Hyăcinthus od. -os, i, *m.*, Ὑάκινθος, ein schöner spartanischer Jüngling, von Apollo geliebt, durch dessen Wurfscheibe aus Versehen getödtet; aus seinem Blute wuchs die gleichnamige, mit dem Klageworte *Ai* versehene Blume hervor, Ovid. Met. 10, 162 *sq.*; Hygin. Fab. 272; Serv. Virg. Ecl. 3, 63; Aen. 11, 69. Ihm zu Ehren wurde in Sparta ein Frühlingsfest gefeiert, Hyacinthia, orum, *n.*, Ovid. Met. 10, 219. — II) Davon übertr. hyacinthus od. -os, die Hyacinthblume, Hyacinthe, u. zwar nicht unsere Hyacinthe, sondern entweder unsere blaue Schwertlilie, Iris Germanica Linn., oder der gemeine Siegwurz, Gladiolus communis Linn., oder endlich der Gartenritterspern, Delphinium Ajacis Linn., Plin. 21, 11, 28; Virg. Ecl. 3, 63; 6, 53; Georg. 4, 183; Aen. 11, 69; Colum. poët. 10, 100. — Und hiervon B) übertr. ein hyacinthenfarbiger Edelstein, viell. unser Sapphir oder ein dunkler Amethyst, Plin. 37, 9, 41.

Hyădes, um, *f.*, Ὑάδες (die Regnenden), die Hyaden, das Siebengestirn am Kopfe des Stiers, reinlat. suculae gen. (s. 2. sucula), Cic. N. D. 2, 43, 111; Plin. 2, 39, 39; 18, 26, 66; Ovid. Fast. 5, 165 *sq.*; Met. 3, 595; 13, 293; Virg. Aen. 3, 516; Hor. Od. 1, 3, 14. — Im Singular Hyas, adis, die Hyade, collectivisch, Stat. Silv. 1, 6, 22.

†hyaena, ae, *f.* = ὕαινα, die Hyäne, Plin. 8, 30, 44; Ovid. Met. 15, 410. — II) ein Meerfisch, eine Art Scholle, Plin. 32, 11, 54.

hyaenĭus, a, um, *adj.* [hyaena] zur Hyäne gehörig: ∾ gemma, ein sonst unbekannter Edelstein, Plin. 37, 10, 60.

†hyălĭnus, a, um, *adj.* = ὑάλινος, aus Glas, gläsern, Glas-: ∾ sphaera, Fulgent. Myth. praef. ∾ pulvis, Mart. Capell. 6, 189. — II) glasgrün, grün: ∾ pennae, Mart. Capell. 8, 273.

†hyălus, i, *m.* = ὕαλος, das Glas; Milesia vellera Carpebant hyali saturo fucata colore, d. i. mit glasgrüner Farbe, Virg. Georg. 4, 335. — II) übertr. die glasgrüne Farbe, Prudent. περὶ στεφ. 12, 53; Auson. Idyll. 10, 418.

Hyampŏlis, is, *f.*, Ὑάμπολις, eine Stadt in Phocis an der böotischen Grenze, Plin. 4, 7, 12; Stat. Theb. 7, 345.

Hyantes, um, *m.*, Ὕαντες, die Hyanten, alter Name der Böotier, Plin. 4, 7, 12 §. 27. — II) Davon abgeleitet A) Hyantēus, a, um, *adj.*, zu den Hyanten (Böotiern) gehörig, hyantelisch, böotisch: ∾ Iolaus, Ovid. Met. 8, 310. ∾ Aganippe, id. ib. 5, 312. ∾ aqua, d. i. castalisch, Martial. 12, 3, 12. — B) Hyantĭus, a, um, *adj.*, dasselbe: ∾ sorores, d. i. die Musen, Stat. Silv. 2, 7, 8; vgl. ∾ Camenae, Sidon. Ep. 8, 9 *in carm.* — Substantivisch Hyantius, ii, der Hyantische, d. i. Actäon, als Enkel des Cadmus, Ovid. Met. 3, 147.

Hyanteus, a, um, s. Hyantes *no.* II, A.

Hyantius, a, um, s. Hyantes *no.* II, B.

Hyărōtis, ĭdis, *f.*, Ὑάρωτις, ein Fluß in Indien, Nebenfluß des Indus, Curt. 9, 1.

1. Hyas, antis, *m.*, Ὑας, Sohn des Atlas, Vater od. Bruder der Hyaden, Hygin. Fab. 192; Ovid. Fast. 5, 170. Daher Sidus Hyantis, die Hyaden, id. ib. 5, 734.

2. Hyas, adis, s. Hyades.

hybernus, s. hib.

Hybla, ae u. Hyble, ēs, *f.*, Ὕβλη, ein blumen- und bienenreicher Berg auf Sicilien, mit der Stadt gl. Nam., Plin. 11, 13, 13; Ovid. Ib. 201; Trist. 5, 13, 22; A. A. 3, 150; Sil. 14, 200; Martial. 7, 88, 8; 10, 12, 3; — Mel. 2, 7, 16. — II) Davon abgeleitet A) Hyblaeus, a, um, *adj.*, zum Berge Hybla gehörig, hyblälisch: ∾ apes, Virg. Ecl. 1, 55. ∾ mella, Martial. 11, 42. ∾ avena, d. i. des sicilischen Theocrit, Calp. Ecl. 4, 6, 3. — B) Hyblenses, ĭum, *m.*, die Einwohner der Stadt Hybla, Hyblenser, Plin. 3, 8, 14 §. 91; Cic. Verr. 2, 3, 43, 102.

Hyblaeus, a, um, s. Hybla *no.* II, A.

Hyblenses, ium, s. Hybla *no.* II, B.

hybrida, ae, s. hibrida.

†ictis, ĭdis, *f.* = ἰκτίς, eine Art Wieſel, Plin. 29, 4, 16.

1. ictus, a, um, *Partic.* v. ico.

2. ictus, ūs (*genit. sing.* icti, Quadrig. b. Gell. 9, 13, 17), *m.* [ico] der Schlag, Stich, Hieb, Schuß, Stoß u. dgl. (häufig u. gut klaſſiſch) I) eigentl. A) im Allgem.: A bestiis ictus, morsus, impetus, Cic. Off. 2, 6, 19. Vulnus in latere, quod acu punctum videretur, pro ictu gladiatoris probari, id. Mil. 24, 65. Non solum impulsu scutorum neque conflictu corporum neque ictu comminus neque coniectione telorum *etc.*, id. Caecin. 15, 43. Scutis uno ictu pilorum transfixis et colligatis, Caes. B. G. 1, 25. Non caecis ictibus procul ex improviso vulnerabantur, Liv. 34, 14, 11. Eadem ratione ictu scorpionis exanimato altero, Caes. B. G. 7, 25, 3. Prope funeratus arboris ictu, Hor. Od. 3, 8, 8. Ictus moenium cum terribili sonitu editi, Liv. 38, 5, 3. ∾ apri, Ovid. Met. 8, 362; Hor. Od. 3, 22, 7; ſo ∾ serpentum, Plin. 23, 1, 11. Lesbium servate pedem meique Pollicis ictum, d. i. das Schlagen, Spielen der Leier, Hor. Od. 4, 6, 36; ſo ∾ citharae, Plin. 34, 8, 19. ∾ alae, Flügelſchlag, id. 10, 3, 3; ſo ∾ pennarum, id. 6, 12, 13. Phaethon ictu fulminis deflagravit, Blitzſchlag, Blitz, Cic. Off. 3, 25, 94; ſo ∾ fulmineus, Hor. Od. 3, 16, 11; Ovid. Met. 14, 618. — Poetiſch vom ſtechenden Sonnenſtrahl, Sonnenſtich: Tum spissa ramis laurea fervidos Excludet ictus, Hor. Od. 2, 15, 10; ſo ∾ solis, Ovid. Met. 3, 183; 6, 49; ∾ Phoebei, id. ib. 5, 389 (*al.* ignes); ∾ Phoebi, Lucan. 7, 214. Fistula Scinditur, et tenues stridente foramine longe Eiaculatur aquas atque ictibus aëra rumpit, mit Waſſerſtrahlen, Ovid. Met. 4, 124. Saxaque cum saxis et habentem semina flammae Materiem iactant, ea concipit ictibus ignem, durch den Wurf der Feuermaſſen, id. 15, 348.

B) insbeſond. in der Metrik od. Muſik, der Tactſchlag, Tact: Et pedum et digitorum ictū intervalla signant, Quintil. Inst. 9, 4, 51; ſo ∾ modulantium pedum, Plin. 2, 95, 96. Unde etiam trimetris accrescere iussit Nomen iambeis, quum senos redderet ictus Primus ad extremum similis sibi, Hor. A. P. 253.

II) tropiſch: Sublata erat de foro fides, non ictu aliquo novae calamitatis, sed suspicione *etc.*, Cic. Agr. 2, 3, 8. Neque enim haec movere potest appetitum animi, nec illum habet ictum, quo pellat animum, id. Fin. 2, 10, 32. Cogita, quam nihil sit mortale non sub ictu nostro positum, d. i. in unſerer Macht, Senec. Benef. 2, 29; vgl.: Quod nolles stare sub ictu Fortunae, Lucan. 5, 729. Ille damnatus est, et tua innocentia sub ictu est, gleichſ. unterm Beile, d. i. in höchſter Gefahr, Senec. Cons. ad Marc. 9 *fin.*; vgl. das Gegentheil: Deum extra ictum sua divinitas posuit, außer Schuß, außer Gefahr, id. Benef. 1, 7. — Ut eodem ictu temporis universi simul interirent, gleichſ. Zeitſchlag, Moment, Gell. 14, 1, 27; vgl.: Singulis veluti ictibus bella transigere, d. i. in einzelnen Angriffen, Tac. Hist. 2, 38. Quae (legiones) si amnem Araxen, qui moenia alluit, ponte transgrederentur, sub ictum dabantur, d. i. kamen in Kampfesnähe, id. Ann. 13, 39 *fin.*; vgl.: Laetis ostendat ad Urbem Per campos superesse vim, Romamque sub ictu, in der Nähe, vor den Augen, Sil. 4, 42.

*īcunc̆ŭla, ae, *f. demin.* [icon] ein Bildchen, Figürchen: ∾ puellaris, Suet. Ner. 56.

Īda, ae od. **Ide**, ēs, *f.*, Ἴδα od. Ἴδη, I) ein hoher Berg auf Creta, wo der neugeborne Jupiter verborgen, von den Cureten bewacht und von der Amalthea ernährt wurde, Ovid. Am. 3, 10, 25; A. A. 1, 289; Fast. 4, 207; 5, 115. — B) Davon abgeleitet **Īdaeus**, a, um, *adj.*, zum Ida gehörig, idäiſch: ∾ mons, d. i. Ida, Virg. Aen. 3, 105; Mel. 2, 7, 12. ∾ antra, Ovid. Met. 4, 289. ∾ Iuppiter, Virg. Aen. 7, 139. ∾ Dactyli, Plin. 37, 10, 61; dieſelben ∾ Digiti, Cic. N. D. 3, 16, 42. ∾ bustum, von den Cretenſern dem Jupiter errichtet, Martial. 9, 35, 1.

II) ein hoher Berg in Phrygien, in der Nähe von Troja, Mel. 1, 18, 2; Plin. 5, 30, 32; Virg. Aen. 10, 158; Ovid. Fast. 4, 79; Met. 2, 218; 10, 71 u. v. A. — B) Davon abgeleitet Īdaeus, a, um, *adj.*, zum Berge Ida gehörig, idäiſch, poet. auch ſ. phrygiſch od. trojaniſch: ∾ silva, Virg. Aen, 2, 696. ∾ pices, id. Georg. 3, 450. ∾ vertices, Prop. 2, 2, 14; Ovid. Met. 14, 535. ∾ parens deum, d. i. Cybele, auf dem Ida verehrt, Virg. Aen. 10, 252; Ovid. Fast. 4, 182; daher ∾ chori, Virg. Aen. 9, 112. ∾ iudex, d. i. Paris, Ovid. Fast. 6, 44; derſelbe ∾ pastor, Cic. Att. 1, 18, 4; hospes, Ovid. Her. 16, 303. ∾ cinaedus, d. i. Ganymedes als vom Ida geraubt, Martial. 10, 98, 2. — ∾ urbes, phrygiſch, Virg. Aen. 7, 207. — ∾ naves, d. i. trojaniſch, Hor. Od. 1, 15, 2. ∾ sanguis, d. i. der von Trojanern abſtammenden Römer, Sil. 1, 126. — In Verwechſelung mit Idaeus *no.* I, B: Idaeum Simoenta Iovis cunabula parvi, Prop. 3, 1, 27.

III) eine Trojanerin, Virg. Aen. 9, 177.

Idaeus, a, um, ſ. Ida *no.* I, B u. II, B.

Īdalia, ae, ſ. Idalium *no.* I.

Idalie, es, ſ. Idalium *no.* II.

Īdălĭum, ĭi, *Ἰδάλιον*, eine der Venus geweihte Gebirgsſtadt auf Cypern, Plin. 5, 31, 35; Virg. Aen. 1, 681. Dieſelbe auch Idalia, ae, *f.*, Virg. Aen. 1, 693. — II) Davon abgeleitet Īdălĭus, a, um, *adj.*, zu Idalium gehörig, idaliſch, poet. auch ſ. *cypriſch*: ∾ vertex, der Berg von Idalium, Prop. 2, 13, 54. ∾ domus, Virg. Aen. 10, 52. ∾ Venus, id. ib. 5, 760. ∾ astrum, d. i. Venus, Prop. 4, 6, 59. ∾ acus, der Venus, Claudian. Rapt. Pros. 2, 16. ∾ sagitta, d. i. Liebespfeil, Sil. 5, 19. ∾ volucres, d. i. Tauben, Stat. Achill. 1, 372. — ∾ succi, d. i. cypriſch, Stat. Silv. 1, 3, 10. — Subſtantiviſch Idalie, es, *f.*, die Venus, Ovid. Met. 14, 694.

Idalius, a, um, ſ. Idalium *no.* II.

idcirco, *adv.*, ſ. iccirco.

†ĭdĕa, ae, *f.* = *ἰδέα*, die (platoniſche) Idee, das Urbild, Senec. Ep. 58 *med.* (bei Cic. Or. 3, 10; Acad. 1, 8, 30; Tusc. 1, 24, 58 griechiſch geſchr.).

ĭdĕālis, e, *adj.* [idea] zur Idee gehörig, ideal (ſpätlat.): ∾ forma, Mart. Capell. 7, 239. ∾ quaedam prudentia, id. 8, 275.

īdem, ĕădem, ĭdem, *pron.* [vom Pronominalſtamme I, wovon is, und dem Demonſtrativſuffix dem] derſelbe, dieſelbe, daſſelbe; eben dieſer, -dieſe, -dieſes: Deinde quod nos eadem Asia atque idem iste Mithridates initio belli Asiatici docuit, Cic. de imp. Pomp. 7, 19; ſo: Quam (sphaeram) ab eodem Archimede factam posuerat in templo Virtutis Marcellus idem, id. Rep. 1, 14 und: Ne id quidem tacendum, quod eidem Ciceroni placet, Quintil. Inst. 10, 7, 28. Iure erat semper idem vultus (Socratis), quum mentis, a qua is fingitur, nulla fieret mutatio, Cic. Tusc. 3, 15, 31; vgl.: Praeclara est aequabilitas in omni vita et idem semper vultus eademque frons, ut de Socrate itemque de C. Laelio accepimus, id. Off. 1, 26, 90 und: Tu autem eodem modo omnes causas ages? aut in iisdem causis perpetuum et eundem spiritum sine ulla commutatione obtinebis?, id. Or. 31, 110. Non quod alia res esset: immo eadem, id. Cluent. 29, 80. Quod etiam si verbo differre videbitur, re tamen erit unum et omnibus in causis idem valebit, id. Caecin. 21, 59. Ad causas simillimas inter se vel potius easdem, id. Brut. 94, 324. Cum Academico et eodem rhetore congredi conatus sum, id. N. D. 2, 1, 1; vgl.: Oratio splendida et grandis et eadem in primis facета, id. Brut. 79, 273 und: Avunculus meus, vir innocentissimus idemque doctissimus, id. N. D. 3, 32, 80. Iam M. Marcellus ille quinquies consul totum (auspicium) omisit, idem imperator, idem augur optimus, d. Divin. 2, 36, 77. Ubi Xenocrates, ubi Aristoteles ista tetigit? hos enim quasi eosdem esse vultis, id. Acad. 2, 44, 136; vgl.: Viros fortes, magnanimos, eosdem bonos et simplices esse volumus, id. Off. 1, 19, 63. Caninius idem et idem noster quum ad me pervesperi venisset *etc.*, id. Fam. 9, 2, 1. Amicus est tamquam alter idem, ein anderes Selbſt, ein zweites Ich, id. Lael. 21, 80. Fit deterior, qui accipit atque ad idem semper exspectandum paratior, id. Off. 2, 15, 53. Nam idem velle atque idem nolle, ea demum firma amicitia est, Sall. Catil. 20, 5. vgl.: Quos omnes eadem odisse, eadem metuere in unum coegit, id. Iug. 31, 14.

II) verbunden oder correſpondirend mit ego, tu, hic, ille, iste, qui und unus: Idem ego ille (non enim mihi videor insolenter gloriari *etc.*) idem inquam ego recreavi afflictos animos *etc.*, Cic. Att. 1, 16, 8; ſo ego idem, qui *etc.*, id. Or. 7, 23; vgl.: Habitae sunt multae de me conciones ... habuit de eodem me P. Lentulus consul concionem, id. Sest. 50, 107 und: Cedo nunc eiusdem illius inimici mei de me eodem concionem, id. ib. §. 108; ſo de me eodem, id. ib. 51, 109. Quin tu igitur concedis idem, in re publica singulorum dominatus esse optimos?, id. Rep. 1, 89 *fin.* Mos.; vgl.: Cognoram te in custodia salutis meae diligentem: eundemque te acerbissime discidium nostrum tulisse, id. Att. 4, 1, 1. Sopater quidam fuit *etc.* ... Huic eidem Sopatro iidem inimici ad C. Verrem eiusdem rei nomen detulerunt, id. Verr. 2, 2, 28, 68; ſo: Quum est idem hic Sopater absolutus, id. ib. 2, 2, 29, 70. Assunt optimates, qui se melius hoc idem facere profiteantur, id. Rep. 1, 35. Ab hisce iisdem permotionibus, id. de Or. 1, 12, 53. Est idem ille tyrannus deterrimum genus, id. Rep. 1, 42. In iisdem illis locis, id. Verr. 2, 1, 21, 56. Eandem illam (sphaeram) astris coelo inhaerentibus esse descriptam, id. Rep. 1, 14. Etenim quis potest modus esse, quum et idem qui consuerunt et idem illud alii desiderent?, id. Off. 2, 15 *fin.* Idem iste Mithridates, id. de imp. Pomp. 7, 19. Musici qui erant quondam iidem poetae, id. de Or. 3, 44, 174; vgl.: Beneficentia, quam eandem benignitatem appellari licet, id. Off. 1, 7, 20 und: Quod idem in ceteris artibus non fit, id. Fin. 3, 7, 24 *fin.* Exitus quidem omnium unus et idem fuit, id. Divin. 2, 47, 97; ſo: In qua (causa) omnes sentirent unum atque idem, id. Catil. 4, 7, 14; vgl. in umgekehrter Stellung: Ut verset saepe multis modis eandem et unam rem et haereat in eadem commoreturque sententia, id. Or. 40, 137. — Neque ego aliter accepi: intellexi tamen idem, non existimasse te *etc.*, id. Fam. 9, 15, 3. Tu quidem sedulo argumentaris, quid sit sperandum: idemque caput rogationis proponi scribis, id. Att. 3, 12, 1. Ille Galliae ulterioris adiunctor: ille restituendi mei studiosior: ille absentis in omnibus adiutor: idem etiam tertio consulatu contendit *etc.*, id. ib. 8, 3, 3.

III) als Vergleichungswort mit folg. et, ac, que, ut, qui (quae, quod), quam, quasi, cum od. poetiſch mit d. Dativ: Si quaeratur, idemne sit pertinacia et perseverantia, Cic. Top. 23, 87. Videmus fuisse quosdam, qui iidem ornate ac graviter, iidem versute et subtiliter dicerent, id. Or. 7, 22; vgl.: Idem valere debet ac si pater indicaret, id Sull. 18, 51. Imperii nostri terrarumque idem est extremum, id. Prov. Cons. 13, 33; vgl.: Non idem iudicum commissatorumque conspectus, id. Coel. 28, 67. Disputationem habitam non quasi narrantes exponimus, sed eisdem fere verbis, ut actum disputatumque est, id. Tusc. 2, 3, 9. Nihil commutantur animo et iidem abeunt, qui venerant, id. Fin. 4, 3, 7. Quoniam earum rerum quas ego gessi, non est eadem fortuna atque conditio, quae illorum qui *etc.*, id. Catil. 3, 12, 27. Non quo idem sit servulus quod familia, id. Caecin. 20, 58. Qui (servi) et moribus eisdem essent, quibus dominus, et eodem genere ac loco nati, id. Verr. 2, 3, 25, 62. Eandem constituit potestatem quam si *etc.*, id. Agr. 2, 12, 30. Eodem loco res est, quasi ea pecunia legata non esset, id. Leg. 2, 21, 53; vgl.: Sensu enim amisso fit idem, quasi natus non esset omnino, id. Lael. 4, 14. Hunc ego eodem mecum patre genitum *etc.*, Tac. Ann. 15, 2. (Homerus) Sceptra potitus, eadem aliis sopitu' quiete est, Lucr. 3, 1051; vgl.: Invitum qui servat idem facit occidenti, Hor. A. P. 467. — Im Neutrum mit d. Genitiv: Si idem nos iuris haberemus quod ceteri, Cic. Balb. 12, 29. Tibi idem consilii do, quod *etc.*, id. Fam. 9, 2, 2. — Davon

A) **ĕādem**, *adv.* auf demſelben Wege, ebendaſelbſt, eben da (ſelten, aber gut klaſſiſch): Ut ventum est in trivium, eadem qua ceteri, fugere noluit. Quibus quaerentibus, cur non eadem via pergeret *etc.*, Cic. Divin. 1, 54, 123. Per medias hostium stationes egressus, in Quirinalem collem pervenit: ibique omnibus sollenniter peractis, eadem revertens *etc.*, Liv. 5, 46, 2. Hic te opperiar: eadem illi insidias dabo, Plaut. Mil. gl. 2, 3, 32; vgl.: Interibi attulerint exta: atque eadem mulieres Iam ab re divina credo apparebunt domi, id. Poen. 3, 3, 3; ſo id. Bacch. 1, 1, 15; Capt. 2, 2, 43 u. v. a.

B) **ĕōdem**, *adv.* ebendahin: Orgetorix ad iudicium omnem suam familiam undique coëgit, et omnes clientes obaeratosque suos eodem conduxit, Caes. B. G. 1, 4, 2. Ego pol te redigam eodem, unde orta es, ad egestatis terminos, Plaut. Amph. 1, 2, 13. Eodem accedit servitus, sudor, sitis, id. Merc. 4, 1, 8; vgl.: Funambuli eodem accessit exspectatio, Hec. prol. alt. 26. Addendum eodem est, ut ne *etc.*, Cic. Lael. 18, 65. Quod sua victoria tam insolenter gloriarentur quodque tam diu se impune iniurias tulisse admirarentur, eodem pertinere, Caes. B. G. 1, 14, 4.

ĭdentĭdem, *adv.* [idem-idem gleichſ.: immer eines und daſſelbe, d. i.] zu wiederholten Malen, wiederholentlich, oftmals, mehrmals (gut klaſſiſch): Ne te uxor sequatur, respectas identidem, Plaut. Men. 1, 2, 51; ſo: Haec ego admirans, referebam tamen oculos ad terram identidem, Cic. Rep. 6, 18 *fin.* Scindens dolore identidem intonsam comam, Att. b. Cic. Tusc. 3, 26, 62. Quid Chalcidico Euripo in motu identidem reciprocando putas fieri posse constantius?, Cic. N. D. 3, 10, 24. Palpebrae aptissime factae ad claudendas pupulas et ad aperiendas, idque providit ut identidem fieri posset cum maxima celeritate, id. ib. 2, 57, 142. Recitabatur identidem Pompeii testimonium, id. Rabir. Post. 12, 34. L. Cassius identidem in causa quaerere solebat, *cui bono* fuisset, id. Rosc. Am. 30, 84. Quum identidem interrogaret, Quintil. Inst. 6, 3, 49. Quum instaret identidem accusator ei, id. ib. 86. Revolvor identidem in Tusculanum, Cic. Att. 13, 26, 1. Quum se illi identidem in silvas ad suos reciperent, *Caes. B. G. 2, 19, 5. Nullum amans vere, sed identidem omnium Ilia rumpens, Catull. 11, 19.

ĭdeo, *adv.* [id-eo, dies deshalb] deshalb, deswegen, darum, daher (gut klaſſiſch; beſond. häufig bei Quintilian)

I) relativ A) mit folg. Cauſalpartikeln quod, quia, quoniam *α)* mit *quod:* Quorum greges non sane fiunt, nisi ii, qui onera portent: ideo, quod plerique deducuntur ad molas, Varro R. R. 2, 6, 5. Re quidem ipsa ideo mihi non satis facio, quod nullam partem tuorum meritorum consequi possum, Cic. Tusc. 1, 8, 16; ſo ideo quod, id. Rosc. Am. 30, 85; Att. 3, 14, 2; vgl.: Quod multos dies epistolam in manibus habui ... ideo multa coniecta sunt, id. Qu. Fr. 3, 1, 7, 23. Ne me foliis ideo brevioribus ornes, quod timui *etc.*, Hor. Ep. 1, 19, 26. Vel ideo, quod exercere potest utrimque iudicium, Quintil. Inst. 10, 1, 131. Ideoque mihi videtur M. Tullius tantum intulisse eloquentiae lumen, quod in hos quoque studiorum secessus excurrit, id. ib. 10, 5, 16. — *β)* mit *quia:* Iuventus nomen fecit Peniculo mihi, Ideo, quia mensam, quando edo, detergeo, Plaut. Men. 1, 1, 2. Ideo quia uxor ruri est, id. Merc. 3, 1, 46. Ut mulieres ideo bene olere, quia nihil olebant, videbantur, Cic. Att. 2, 1, 1. Qui ideo felicia bella vestra esse, quia iusta sint, prae vobis fertis, Liv. 45, 22, 5. Sed quia confido mihique persuasi, illum *etc.* ... ideo a te non dubitari contendere, ut *etc.*, Cic. Fam. 13, 7, 3. Nec medicina ideo non erit ars, quia unctio ... cum coquorum ei sit arte communis, Quintil. Inst. 2, 21, 11. Atque ideo nondum est perfectus orator, non solum quia aliud in alio magis eminet, sed quod non una omnibus forma placuit, id. ib. 12, 10, 2. Ideoque parcius et circumspectius faciendum est: quia nihil interest *etc.*, id. ib. 9, 2, 69. — *γ)* mit *quoniam:* Ideo supervacaneum esse contendunt, quoniam comprehensibilis natura

est, Cels. Praef. *med.* Quae omnia ideo noscenda sunt, quoniam aliud alii vel corpori vel valetudini convenit, id. 2, 19. Immo ideo magis propera, quoniam id nunc aggressus est, Senec. Ep. 76. Addidit Andreas, ideo non protinus excaecari eo, quoniam adulteraretur Alexandriae, Plin. 20, 18, 76. Hoc ideo adiectum est, quoniam multa genera sunt missionum, Ulp. Dig. 3, 2, 2.

B) mit folg. Absichtspartikeln ut, ne, quo, quin. α) mit *ut*: Quas (alvos) ideo videntur medias facere angustissimas, ut figuram imitentur earum, Varro R. R. 3, 16, 15. Iccirco nemo superiorum attigit, ut iste tolleret? ideo C. Claudius Pulcher retulit, ut C. Verres posset auferre?, Cic. Verr. 2, 4, 4, 7. Hanc ideo rationem subiecimus, ut hoc causae genus ipsum, de quo agimus, cognosceretur, id. Invent. 2, 23, 70. Neque vero nunc ideo disputabo, quod hunc statum rei publicae non magnopere defendendum putem ... sed, ut doceam Rullum *etc.*, id. Agr. 3, 2, 4; so: Quos non ideo excuso, quia non probem, sed ut sint magis admirabiles, Quintil. Inst. 10, 7, 31. — β) mit *ne*: An ideo aliquid contra mulieres scripsit, ne totum edictum ad Chelidonis arbitrium scriptum videretur, Cic. Verr. 2, 1, 41, 106. Ideoque decemviros connubium diremisse, ne incerta prole auspicia turbarentur, Liv. 4, 6, 2. Non tamen omittenda, vel ideo, ne occupentur, Quintil. Inst. 4, 1, 33. Nec ideo Rhenum insedimus, ut Italiam tueremur, sed ne quis alius Ariovistus regno Galliarum potiretur, Tac. Hist. 4, 73. — *γ) mit *quo*: Quod id ideo facerent, quo facilius deminuerent hostes, Varro L. L. 5, 16, 26 §. 90. — *δ) mit *quin*: Non, quin breviter reddi responsum potuerit, non recipi reges, ideo potius delectos patrum ad eum missos, quam legatis eius Romae daretur responsum, sed ut in perpetuum mentio eius rei finiretur, Liv. 2, 15, 2.

C) non (nec) ideo mit folg. Bedingungspartikel si od. auf einen abl. absol. sich beziehend: Non, si non potuero indagare, eo ero tardior; sed velocior ideo si quivero, Varro L. L. 5, 1, 4 §. 5. Nec, si bis tanto ampliorem fundum aut eo plus colas, ideo duo villici aut tres habendi fuere, id. R. R. 1, 18, 3. Vestrae sapientiae est, iudices, non, si causa iusta est viris fortibus oppugnandi M. Coelium, ideo vobis quoque vos causam putare esse iustam *etc.*, Cic. Coel. 9, 21. Si tamen tempestate fuerit abreptus, non ideo minus erit gubernator, Quintil. Inst. 2, 17, 24. Non, si videri potest, ideo etiam voluisse creditur, id. ib. 5, 11, 34.

II) absolut (so selten): Te velle uxorem aiebat tuo nato dare, Ideo aedificare hoc velle aiebat in tuis, Plaut. Most. 4, 3, 34. Ex illa investigatione naturae consequi volebat, bono ut esset animo. Ideo enim ille summum bonum *εὐθυμίαν* appellat *etc.*, Cic. Fin. 5, 29, 87; so: Nam ideo dictus *εἴρων*, agens imperitum, Quintil. Inst. 9, 2, 46. Nihil laboras: ideo, quum opus est, nihil habes, Phaedr. 4, 23, 16. Et ideo illud Cornificius contrarium appellat, Quintil. Inst. 5, 10, 2. Atque ideo ad Pompeium contendit, Caes. B. C. 3, 11, 1. Ideoque non dicendi modo eximiam in eo (oratore) facultatem, sed omnes animi virtutes exigimus, Quintil. Inst. Prooem. §. 9; so ideoque, id. ib. 25; 1, 4, 19; 1, 5, 42; 1, 6, 22 u. v. a.; vgl.: Ideoque et medius ille orationis modus maxime convenit, id. ib. 6, 2, 19 und: Ideoque etiam in hos status visa est cadere translatio, id. ib. 7, 4, 13. Considerandum est, num cui saepius horum aliquid eveniat, neque ideo corporis ulla difficultas subsequatur, Cels. 2, 2; so: Nec ideo iram eius lenient, Tac. Ann. 1, 12 und: Nec ideo libertas aut contumacia fraudi cuiquam fuit, Suet. Aug. 54.

†ĭdĭŏgrăphus, a, um, *adj.* = *ἰδιόγραφος*, eigenhändig geschrieben: ∾ liber Virgilii, Originalhandschrift, Gell. 9, 14, 7.

†ĭdĭōma, ătis, *n.* = *ἰδίωμα*, die Eigenthümlichkeit in der Sprache, Charis. p. 255 P.

†ĭdĭōta, ae, *m.* = *ἰδιώτης*, ein ungebildeter, unwissender Mensch, Idiot, Ignorant: Quidni et tu idem illiteratum me atque idiotam diceres?, Lucil. b. Non. 38, 24. Quae non modo istum hominem ingeniosum atque intelligentem, verum etiam quemvis nostrum, quos iste idiotas appellat, delectare possent, Cic. Verr. 2, 4, 2, 4; vgl.: Tu eruditior quam Piso, prudentior quam Cotta ... ea contemnis, quae illi idiotae, ut tu appellas, praeclara dixerunt, id. Pis. 26, 62; so: Ludos nobis idiotis relinquet, id. ib. 27, 65. Ex impuro adolescente et petulante, posteaquam rem paternam ab idiotarum divitiis ad philosophorum regulam perduxit, Graeculum se atque otiosum putari voluit, id. Sest. 51, 110. Quoniam respondere nos tibi non quimus, quos idiotas et rudes vocas, Gell. 1, 2, 6.

†ĭdĭōtĭcus, a, um, *adj.* = *ἰδιωτικός*, ungebildet, unwissend (nachklass. Wort): Rudem, impolitam et idioticam compellare, Tert. Testim. an. 1.

†ĭdĭōtismus, i, *m.* = *ἰδιωτισμός*, die vulgäre Sprechweise, der Idiotismus, Senec. Contr. 3 praef.; 2, 11 *fin.*

Idistavisus, i, *m.* [nach Grimm vom ahd. Superlat. idista, schönste, u. Wiese, also etwa Schönwiese] ein Gefilde in Germanien an der Visurgis, viell. in der Nähe von Minden: „Sic accensos et proelium poscentes in campum, cui *Idistaviso* nomen, deducunt. Is medius inter Visurgim et colles, ut ripae flumjnis cedunt aut prominentia montium resistunt, inaequaliter sinuatur", Tac. Ann. 2, 16.

Idmon, ŏnis, *m.*, *Ἴδμων*, 1) Vater der Arachne, aus Colophon, Ovid. Met. 6, 8. — B) Davon abgeleitet Idmŏnĭus, a, um, *adj.*, zu Idmon gehörig, idmonisch: ∾ Arachne, Ovid. Met. 6, 133. — II) ein Seher in Argos, Sohn des Apollo und der Cyrene, einer

der Argonauten, Ovid. Ib. 506; Hygin. Fab. 14.

Idmonius, a, um, s. Idmon *no* I, B.

†**īdōlēum** od. **-īum**, ii, *n.* = εἰδωλεῖον, ein Götzentempel, Tertull. Cor. mil. 10 *med.*; Hieron. Ep. 22, 29. Idōlium gemessen, Prudent. Apoth. 186; περὶ στεφ. 11, 52; Symm. 1, 612.

†**īdōlĭcus**, a, um, *adj.* = εἰδωλικός, zu den Götzenbildern gehörig, götzendienerisch, Götzen-: ∾ res, Tertull. Idol. 13. ∾ templum, Paul. Nol. Carm. 22, 61 (daselbst mit kurzem ŏ gemessen).

idolium, ii, s. idoleum.

†**īdōlŏlatres**, ae, *m.* = εἰδωλολάτρης, der Götzendiener, Tertull. Idol. 1 *sq.*; 14.

†**īdōlŏlatrīa**, ae, *f.* = εἰδωλολατρεία, der Götzendienst, Tertull. Idol. 1 *sq.*

†**īdōlŏthўtus**, a, um, *adj.* = εἰδωλόθυτος, zum Götzenopfer gehörig, Opfer-: ∾ sollennia, Tertull. Idol. 13. ∾ voluptates, id. Spect. 13.

†**īdōlum** od. **-on**, i, *n.* = εἴδωλον, I) ein Bild, besond. Schattenbild, Gespenst: Idola atque atomos vincere Epicuri volam, Lucil. b. Non. 478, 29. Mox apparebat idolon, senex macie et squalore confectus *etc.*, Plin. Ep. 7, 27, 5 (bei Cic. Fin. 1, 6, 21; Fam. 15, 16, 1 u. 2 griechisch geschr.). — II) bei d. Kirchenvätern ein Götzenbild, Götze, Tertull. Idol. 1 *sq.*; Spect. 13 u. v. a. u. A. Idōlum gemessen, Prudent. adv. Symm. 2, 48; Sedul. 5, 146 u. A.

Īdŏmĕneus (viersilbig), ĕi, *m.*, Ἰδομενεύς, König von Creta, Anführer der Cretenser vor Troja, Virg. Aen. 3, 401; Ovid. Met. 13, 358; Hygin. Fab. 81; 270.

Idŏmĕnius, a, um, *adj.*, zur macedonischen Stadt Idomene gehörig, idomenisch: Idomeniosne (fünfsilbig zu messen) petam montes?, Catull. 64, 178.

idonee, *adv.*, s. idoneus am Ende.

ĭdōnĕĭtas, ātis, *f.* [idoneus] die Tauglichkeit, Brauchbarkeit (spätlat.): ∾ servi, Augustin. Serm. de div. 106, 3.

ĭdōnĕus, a, um, *adj.* zu etwas (besond. einer Thätigkeit) tauglich, geeignet, tüchtig, geschickt, bequem, genügend u. dgl. (von persönlichen und sachlichen Gegenständen; gut klassisch und sehr häufig in Prosa und Poesie); construirt am gewöhnlichsten mit ad, qui, dem Dativ od. absolut, seltener mit in aliquid, dem Ablativ od. dem Infinitiv.

α) mit *ad*: *Ag.* Adeamus propius, assunt testes. *Mi.* Tot quidem non potuisti adducere homines magis ad hanc rem idoneos *etc.*, Plaut. Poen. 3, 2, 6. Non essem ad ullam causam idoneus, iudices, si hoc non viderem, Cic. Cluent. 6, 17. Quibus (signis) eos qui ad amicitiam essent idonei indicarent, id. Lael. 17, 62. — Loco pro castris ad aciem instruendam opportuno atque idoneo, Caes. B. G. 2, 8, 3. Quum statim auditoris animum nobis idoneum reddimus ad audiendum, Auct. Herenn. 1, 4, 6. Est enim (lex) ratio mensque sapientis, ad iubendum et ad deterrendum idonea, Cic. Leg. 2, 4, 8. Sic fit, ut modestia haec scientia sit opportunitatis idoneorum ad agendum temporum, id. Off. 1, 40, 142. Ad captandos lacertos tempestates non sunt idoneae, id. Att. 2, 6, 1. Instruar etiam consiliis idoneis ad hoc nostrum negotium, id. ib. 5, 6, 1 u. dgl.

β) mit *qui* od. einem Relativadverb: Video hercle ego te me arbitrari, Euclio, hominem idoneum, Quem senecta aetate ludos facias, Plaut. Aul. 2, 2, 74; vgl.: Itan' contemnor abs te? aut itane tandem idoneus Tibi videor esse, quem tam aperte fallere incipias dolis?, Ter. And. 3, 2, 12 und: Adeon' videmur vobis esse idonei, In quibus sic illudatis?, id. ib. 4, 4, 18. Utrum ille (Pompeius) idoneus non est, qui impetret *etc.*, Cic. de imp. Pomp. 19, 57. Tibi fortasse idoneus fuit nemo, quem imitarere, id. Verr. 2, 3, 16, 41. — Idonea mihi Laelii persona visa est, quae de amicitia dissereret, id. Lael. 1, 4. Et rem idoneam, de qua quaeratur, et homines dignos, quibuscum disseratur, putant, id. Acad. 2, 6, 18. — Nequeo mearum rerum initium ullum invenire idoneum, Unde exordiar narrare, quae *etc.*, Ter. Hec. 3, 3, 1.

γ) c. *dativo*: Erit alius (discipulus) historiae magis idoneus, alius compositus ad carmen, alius utilis studio iuris, ut nonnulli rus fortasse mittendi, Quintil. Inst. 2, 8, 7. Alios ad componendum optimos actionibus idoneos non fuisse, ut Isocratem, id. ib. 12, 10, 49. Literulis Graecis imbutus, idoneus arti Cuilibet, Hor. Ep. 2, 2, 8. Quamquam choreis aptior et iocis Ludoque dictus, non sat idoneus Pugnae ferebaris, id. Od. 2, 19, 26. Vixi puellis nuper idoneus, id. ib. 3, 26, 1. Quum idoneos rhetori pueros putaverunt, Quintil. Inst. 2, 3, 1. — Falernum mihi semper idoneum visum est deversorio, Cic. Fam. 6, 19, 1. Castris idoneum locum deligit, Caes. B. G. 6, 10, 2; so id. ib. 7, 35, 4. Ad cibos viribus conservandis idoneos redeunt, Quintil. Inst. 2, 10, 6. (Volunt poetae) simul et iucunda et idonea dicere vitae, Hor. A. P. 334. Metuensque futuri In pace, ut sapiens, aptarit idonea bello, id. Sat. 2, 2, 111.

δ) *absol.*: Cuius (Cethegi) eloquentiae est auctor, et idoneus quidem mea sententia, Q. Ennius *etc.*, geeigneter, vollgültiger Gewährsmann, Cic. Brut. 15, 57; so ∾ auctor, Quintil. Inst. 1, 4, 20; 2, 4, 42. Qui si adductus gratia minus idoneum hominem praemio affecisset, etiam si virum bonum, sed non ita meritum *etc.*, d. i. verdient, würdig, id. Balb. 3, 7; vgl.: Saepe idoneis hominibus indigentibus de re familiari impertiendum, id. Off. 2, 15, 54. Idoneus suae rei quisque defensor, Quintil. Inst. 4, 1, 46; so ∾ imperator, id. ib. 12, 3, 5. ∾ iuvenis, id. ib. 10, 5, 21;

~ debitor, ſicher, zahlungsfähig (*opp.* inops), Gaj. Dig. 4, 4, 27 *fin.*; ſo ~ tutor, Mart. Dig. 26, 1, 9; Ulp. ib. 27, 8, 1; ~ homines, Mart. ib. 35, 2, 88; vgl.: Quum quingentos denarios mutuos cuidam promisisset et illum parum idoneum comperisset, Senec. Benef. 4, 39. — Servi conscii, tempus idoneum, locus opportune captus ad eam rem, Cic. Rosc. Am. 24, 68; ſo ~ tempora, Quintil. Inst. 12, 11, 18; vgl.: Lex promulgata idoneo die, id. ib. 2, 4, 35. Quum minus idoneis (verbis) uti consuescerem, Cic. de Or. 1, 34, 154; vgl.: Aptum atque idoneum verbum, Quintil. Inst. 9, 4, 144. ~ vox actoris, id. ib. 12, 7, 1. ~ lectio, id. ib. 8 praef. §. 28. ~ cautio, Papin. Dig. 40, 4, 50. ~ paries, zuverläſſig, d. i. ſicher, feſt, Paul. ib. 39, 2, 36. ~ navis, Ulp. ib. 19, 2, 13. ~ pignora, genügend, ſicher ſtellend, id. ib. 22, 1, 33. — *Compar.* (nachklaſſiſch): Si persona idoneior accedat ad emptionem, Ulp. Dig. 18, 2, 4; vgl.: Si plures simul agant, praetor eligat idoneiorem, Paul. ib. 47, 23, 2; ſo Ulp. Dig. 43, 29, 3; Callistr. ib. 50, 6, 5 *fin.*; Tertull. adv. Herm. 18; Anim. 18 (*al.* idonior od. idoneor). — Subſtantiviſch: In deligendis idoneis iudicium et diligentiam adhibere, Cic. Off. 2, 18, 62. De praesidio expellendo cum idoneis collocutus, Liv. 34, 25, 7. Nullo idoneo respondente, Suet. Ner. 44. Si orbae nuptias indicant pares gradu, et si inter propinquos de idoneo quaeratur, Quintil. Inst. 7, 4, 39. Tum per idoneos et secreti eius socios crebrescit, vivere Agrippam, Tac. Ann. 2, 39. Apud idonea provinciarum, d. i. an den geeigneten Orten, id. ib. 4, 5.

ε) mit *in aliquid*: Infirmi et in nullam spem idonei, Senec. Contr. 5, 33. Componere materias in hoc idoneas, ut *etc.*, Quintil. Inst. 6, 3, 15.

*ζ) c. *abl.* (nach d. Analogie v. dignus): Res humiles et indignas viris fortibus viros fortes propterea contemnere oportere, nec idoneas dignitate sua iudicare, Auct. Herenn. 3, 3, 5.

η) c. *infin.* (poetiſch): Fons etiam vivo dare nomen idoneus, Hor. Ep. 1, 16, 12. Si torrere iecur quaeris idoneum, id. Od. 4, 1, 12.

Adv. (äußerſt ſelten): *Exordium* est oratio animum auditoris idonee comparans ad reliquam dictionem, Cic. Invent. 1, 15, 20. Ergo cavendum ist idonee. Quid est idonee? Satisdato utique aut pignoribus datis, zur Genüge, Ulp. Dig. 40, 5, 4; ſo ~ cavere, Gaj. Dig. 5, 3, 41. Magis idonee reficere parietem, feſter, ſicherer, Pompon. ib. 39, 2, 41. — *Compar.* idonius, Tertull. Pall. 3 *med.*

†**Īdos**, *n.* = εἶδος, das Bild, die Geſtalt, Senec. Ep. 58 *med.* (bald lateiniſch, bald griechiſch geſchr.).

„IDULIS *ovis* dicebatur, quae omnibus idibus Iovi mactabatur", Fest. p. 104 Müll.; vgl. Fest. s. v. SACRAM VIAM, p. 290, b *fin.*; Macrob. Sat. 1, 15; Ovid Fast. 1, 56.

Īdūmaea, ae, *f.*, Ἰδουμαία, eine Landſchaft in Paläſtina, Plin. 5, 13, 15 *sq.* Dieſelbe poet. **Īdūme**, es, *f.*, Val. Flacc. 1, 12; Lucan. 3, 216. — II) Davon abgeleitet **Īdūmaeus**, a, um, *adj.*, zu Idumäa gehörig, idumäiſch, poet. auch f. paläſtiniſch, jüdiſch: ~ palmae, Virg. Georg. 3, 12. ~ triumphi, über Judäa, Martial. 2, 2, 5.

Idumaeus, a, um, ſ. Idumaea *no.* II.

Idume, es, ſ. Idumaea.

IDUO, are, nach Macrob. Sat. 1, 15 etruskiſches Wort ſ. v. a. dividere von der Wurzel VID, wovon viduus und divido, Stammwort zu idus.

īdus (auf alten Inſchriften häufig EIDVS geſchr., ſ. Inscr. Orell. *no.* 42), uum, *f.* [nach Macrob. Sat. 1, 15 vom etrusk. IDUO, ſ. d. vor. Art., alſo gleichſ. die getheilte Mondhälfte; richtiger viell. wegen Länge des i vom griech. ΕΙΔΩ, prägnant der ganz ſichtbare Mond, Vollmond] der funfzehnte Tag in den Monaten März, Mai, Juli und October, der dreizehnte Tag in den übrigen Monaten, die Idus: Res ante idus acta sic est: nam haec idibus mane scripsi, Cic. Fam. 1, 1, 3. Duas epistolas accepi postridie idus, alteram eo die datam, alteram idibus, id. Att. 15, 17, 1. Haec S. C. perscribuntur a. d. VIII. idus Ianuarias, Caes. B. C. 1, 5, 4. Omnia licet concurrant: idus Martiae consolantur, Cic. Att. 14, 4, 2; vgl.: Stulta iam iduum Martiarum est consolatio, id. ib. 15, 4, 2. Diem se ad deliberandum sumpturum: si quid vellent, a. d. idus Apr. reverterentur, Caes. B. G. 1, 7 *fin.* Ut iduum Septembrium dies, quo se Libo interfecerat, dies festus haberetur, Tac. Ann. 2, 32. Ut postero iduum dierum redeuntem a coena Othonem rapturi fuerint, id. Hist. 1, 26. — Die Idus waren dem Jupiter geweiht, Varro b. Macrob. Sat. 1, 14; vgl. IDULIS. — An den Idus wurden die Zinſen bezahlt: Fenerator Alphius Iam iam futurus rusticus Omnem redegit idibus pecuniam, Quaerit calendis ponere, Hor. Epod. 2, 69. Diem pecuniae idus Novembres esse, Cic. Att. 10, 5, 3. Iam vel sibi habeat numos, modo numeret idibus, id. ib. 14, 20, 2. Praetermitto ruinas fortunarum tuarum, quas omnes impendere tibi proximis idibus senties, id. Catil. 1, 6, 14. — Auf die Bezahlung des Schulgeldes an den Idus bezieht ſich: (Pueri) Ibant octonis referentes idibus aera, Hor. Sat. 1, 6, 75.

Īdȳia (dreiſilbig), Gemahlin des Aeetes, Mutter der Medea, Cic. N. D. 3, 19, 48; Hygin. Fab. 25.

Īdyllĭum od. **Ēdyllĭum**, ii, *n.* = Εἰδύλλιον, Idyllien, Titel einer Anzahl kleiner Gedichte des Auſonius.

Ierne, es, ſ. Hibernia.

Igilium, ii, n., eine kleine Insel im tyrrhenischen Meere, jetzt *Giglio*, Mel. 2, 7, 19; Caes. B. C. 1, 34, 2; Rutil. 1, 305.

Igĭtur, *conj.* [nach Hand. Tursell. aus ig s. v. a. ic, vom Pronominalstamme I, wovon is u. hic; und dem Demonstrativsuffix ītus, ĭta] dient zur Anknüpfung eines Folgesatzes; deutsch also, demnach (in gut klass. Prosa gewöhnl. einem Worte nachgesetzt; vgl. unt. ☞)

I) im Allgem. (so selten): SI. IN. IVS. VOCAT. NI. IT. ANTESTATOR. IGITVR EM. CAPITO, Frgm. XII. Tab.; vgl. Dirks. Uebers. S. 129—144. Sin aliter sient animati, neque dent quae petat, Sese igitur summa vi virisque eorum oppidum oppugnassere, Plaut. Amph. 1, 1, 55. Mox magis, quum otium mihi et tibi erit, igitur tecum loquar, id. Casin. 2, 2, 39. Quando habebo, igitur rationem mearum fabricarum dabo, id. Mil. gl. 3, 1, 177. Numquam edepol viva me irridebit: nam mihi Decretum est renumerare iam omne aurum patri. Igitur mihi inani atque inopi subblandibitur, id. Bacch. 3, 4, 17. Cetera consimili mentis ratione peragrans, Invenies igitur multarum semina rerum Corpore celare *etc.*, Lucr. 2, 677. — b) pleonastisch verbunden mit tum u. deinde: Unum tibi emeritum est stipendium, igitur tum Specimen cernitur, quo eveniat aedificatio, Plaut. Most. 1, 2, 51. Post id agam igitur deinde, id. Stich. 1, 2, 29.

II) insbesond. A) bei logischer Schlußfolge, also, sonach, demnach, folglich: Si enim est aliquid in rerum natura, quod hominis mens, quod ratio, quod vis, quod potestas humana efficere non possit: est certe id, quod illud efficit, homine melius. Atqui res coelestes omnesque eae, quarum est ordo sempiternus, ab homine confici non possunt. Est igitur id, quo illa conficiuntur, homine melius, Cic. N. D. 2, 6, 16. Quid ergo haec ab illa conclusione differt? Si mentiris, mentiris; mentiris autem, mentiris igitur, id. Acad. 2, 30, 96. Transisse videtur modum, quippe qui ob eam causam a vita recesserit: moderatius igitur ferre debuit, id. Tusc. 4, 17, 40. Quodsi melius geruntur, quae consilio, quam quae sine consilio administrantur; nihil autem omnium rerum melius quam omnis mundus administratur: consilio igitur mundus administratur, Quintil. Inst. 5, 14, 9. Quod quum ita sit, certe nec secerni nec dividi nec discerpi nec distrahi potest nec interire igitur, Cic. Tusc. 1, 29, 71. Sequitur, ut nihil poeniteat, nihil desit, nihil obstet: ergo omnia profluenter, absolute, prospere; igitur beate, id. ib. 5, 18, 53; so correspond. mit ergo, Cic. Lael. 14 *fin.* u. 15 *init.* Atqui falsum quod est, id percipi non potest, ut vobismet ipsis placet. Si igitur memoria perceptarum comprehensarumque rerum est: omnia *etc.*, id. Fin. 2, 33, 106.

B) in consecutiven Fragesätzen, deutsch: also, denn: Dolor igitur, id est summum malum, metuetur semper, etiam si non aderit: iam enim adesse poterit. Qui potest igitur habitare in beata vita summi mali metus?, Cic. Fin. 2, 28, 92; vgl.: His igitur locis, qui sunt expositi ad omne argumentum reperiendum, tamquam elementis quibusdam significatio et demonstratio datur. Utrum igitur hactenus satis est?, id. Top. 4, 25. In quo igitur loco est? credo equidem in capite, id. Tusc. 1, 29, 70. Eam dedisses hominibus rationem, quae vitia culpamque excluderet. Ubi igitur locus fuit errori deorum?, id. N. D. 3, 31, 76. Possumusne igitur in Antonii latrocinio neque esse tuti?, id. Phil. 12, 12, 27; vgl.: Totiesne igitur sententiam mutas?, id. Att. 8, 14, 2. Quaero etiam, ille vir bonus, qui statuit omnem cruciatum perferre ... cur has igitur sibi tam graves leges imposuerit, quum *etc.*?, id. Acad. 2, 8, 23. — So auch in der ironischen od. sarkastischen Frage: Igitur hoccine est amare? arare mavelim quam sic amare, Plaut. Merc. 2, 3, 20. Dicet aliquis: Haec igitur est tua disciplina? sic tu instituis adolescentes?, Cic. Coel. 17, 39. Puto nunc dicere: Oblitusne es igitur fungorum illorum, quos apud Niciam?, id. Fam. 9, 10, 2. Id indigne ferens ille: Hunc igitur regem agnoscimus, inquit?, Curt. 6, 11. Quin igitur ulciscimur Graeciam et urbi faces subdimus?, id. 5, 7; vgl.: Quin igitur ad diripiendos thesauros discurritis?, id. 10, 6.

C) zur Wiederaufnahme eines unterbrochenen Gedankens: Audivi hoc de parente meo puer: quum Q. Metellus L. F. causam de pecuniis repetundis diceret, ille, ille vir, cui patriae salus dulcior quam conspectus fuit, qui de civitate decedere quam de sententia maluit: hoc igitur causam dicente, quum *etc.*, Cic. Balb. 5, 11. Sunt nonnullae disciplinae, quae propositis bonorum et malorum finibus officium omne pervertant. Nam qui *etc.* ... Hae disciplinae igitur *etc.*, id. Off. 1, 2, 6; vgl. id. Tusc. 1, 13, 30; Brut. 48, 177. — So besond. häufig nach parenthetischen Sätzen: Recta effectio (κατόρθωσιν enim ita appello, quoniam rectum factum κατόρθωμα) recta igitur effectio crescendi accessionem nullam habet, Cic. Fin. 3, 14, 45. Quid enim mereri velis iam, quum magistratum inieris et in concionem ascenderis (est enim tibi edicendum *etc.*) quid merearis igitur, ut dicas *etc.*, id. ib. 2, 22, 74. Scripsi etiam (nam etiam ab orationibus diiungo me fere *etc.*) scripsi igitur Aristotelio more *etc.*, id. Fam. 1, 9, 23. Tu enim sapienter (nunc demum enim rescribo iis literis, quas mihi misisti convento Antonio Tiburi) sapienter igitur, quod manus dedisti *etc.*, id. Att. 16, 3, 1. Rerum autem cognitiones (quas vel comprehensiones vel perceptiones appellemus licet) has igitur ipsas propter se asciscendas arbitramur, id. Fin. 3, 5, 18. — Damit verwandt

D) zur Resumirung einer vorangehenden Gedankenreihe, deutsch: also, kurz, mit Einem Worte: Ut quum videmus speciem primum candoremque coeli; deinde conversionis celeritatem tantam, quantam *etc.* ... tum vicissitudines dierum ac noctium ... tum globum terrae eminentem e mari ... tum multitudinem pecudum ... hominemque ipsum ... atque hominis utilitati agros omnes ac maria parentia: haec igitur et alia innumerabilia quum cernimus *etc.*, Cic. Tusc. 1, 28, 70; so id. Catil. 4, 11, 23; Fam. 13, 1, 3; de Or. 2, 25, 105.

E) zur speciellen Weiterführung eines früher nur im Allgemeinen berührten Gedankens, deutsch: also (in diesem Sinne auch bei Cicero nicht selten zu Anfange des Satzes gestellt): De hominibus dici non necesse est. Tribus igitur modis video *etc.*, Cic. Fin. 1, 20, 66. Nobis vero, inquit Atticus (placet), et vehementer quidem, ut pro Bruto etiam respondeam. Curio fuit igitur eiusdem aetatis fere *etc.*, id. Brut. 32, 122. Quoniam pluribus modis accipi solet, non equidem in omnes eam particulas secabo, sed maxime necessarias attingam. Est igitur unum genus *etc.*, Quintil. Inst. 8, 3, 63. Ut igitur ante meridiem discesserunt *etc.*, Cic. de Or. 3, 5, 17. Sit igitur (ut supra significavi) *divisio* rerum plurium in singulas, *partitio* singularum in partes discretus ordo, Quintil. Inst. 7, 1, 1. Prima est igitur *amplificandi* vel *minuendi* species, id. ib. 8, 4, 1. — Nunc iuris principia videamus. Igitur doctissimis viris proficisci placuit a lege *etc.*, Cic. Leg. 1, 6, 18. Igitur his genus, aetas, eloquentia prope aequalia fuere, Sall. Catil. 54, 1. Igitur confirmato animo vocari ad sese iubet Lentulum, id. ib. 46, 3. Igitur nato filio pater spem de illo primam quam optimam capiat, Quintil. Inst. 1, 1, 1. De quo, quia nunc primum oblatus est, pauca repetam: nam et ipse pars Romanarum cladium erit. Igitur matre libertina ortus *etc.*, Tac. Ann. 15, 72. Inferioris exercitus miles in rabiem prolapsus est orto ab unetvicesimanis quintanisque initio ... Igitur audito fine Augusti vernacula multitudo impellere ceterorum rudes animos, id. ib. 1, 31.

☞ Mehrern Wörtern nachgesetzt: Referamus nos igitur ad eum quem volumus inchoandum, Cic. Or. 9, 33. Eamne rationem igitur sequare?, id. Fin. 2, 23, 76. Quid dicis igitur?, id. Tusc. 1, 6, 12; vgl.: Quid me igitur mones?, id. Divin. 2, 64, 132. Paria sunt igitur, id. Fin. 4, 27, 75; vgl.: Videndum est igitur, id. Off. 1, 14, 43. — Huic homini parcetis igitur?, id. Verr. 2, 1, 32, 81. In hominem dicendum est igitur, id. Flacc. 10, 23. Hi autem non sunt: ne Nymphae quidem deae igitur?, id. N. D. 3, 17, 43; vgl.: Ne in animo quidem igitur sensus remanet, id. Tusc. 1, 34, 82. Ille mihi videtur igitur vere augurari, id. Divin. 1, 15, 27. Quae est melior igitur in hominum genere natura?, id. Tusc. 1, 14, 32. Quid tibi negoti est meae domi igitur?, Plaut. Epid. 3, 4, 63.

ignārus, a, um (Nebenform: „IGNARURES *ἀγνοοῦντες*" Gloss. Philox; s. gnarus zu Anf.), *adj.* [in-gnarus, wie ignavus, ignotus v. navus, notus] einer Sache unkundig, sie nicht wissend, mit ihr nicht bekannt, unerfahren, unwissend u. dgl. (häufig u. gut klassisch); construirt gewöhnlich mit d. Genitiv, selten mit einem Relativ- oder Objectsatze oder absolut. α) c. *genit.*: Ait se peregrinum esse, huius ignarum oppidi, Plaut. Poen. 3, 3, 43. Imprudens harum rerum ignarusque omnium, Ter. Eun. 1, 2, 56. Audi, ne te ignarum fuisse dicas meorum morum, id. Ad. 2, 1, 6. Ignarum censes tuarum lacrimarum esse me?, id. Hec. 4, 4, 53. Habet bene ac pudice eductam, ignaram artis meretriciae, id. Heaut. 2, 1, 14. Oratorem ne physicorum quidem esse ignarum volo, Cic. Or. 34, 119; vgl.: Ut plerique dicunt physicae rationis ignari, id. N. D. 2, 21, 54. Ignarus si sit facundiae ac poliendae orationis, id. de Or. 1, 14, 63. Ea requiruntur a me, quorum sum ignarus atque insolens, id. ib. 1, 48, 207. Magna pars Pisonis ignari, d. i. ihn nicht kennend, Tac. Hist. 4, 50; vgl.: Alter alterius ignarus, Plin. 11, 30, 36. Castis cum pueris ignara puella mariti, Hor. Epist. 2, 1, 132. Formica haud ignara ac non incauta futuri, id. Sat. 1, 1, 35. — Von sachlichen u. abstracten Gegenständen: Qui gurges aut quae flumina lugubris Ignara belli, Hor. Od. 2, 1, 34. In vultu curarum ignara voluptas, Stat. Silv. 2, 2, 149. Non ignara philosophiae grammatice, Quintil. Inst. 1, 4, 4. Ignara huiusce doctrinae loquacitas, id. ib. 12, 2, 20. — β) mit Relativsätzen: Ignari, quid gravitas, quid integritas ... quid denique virtus valeret, Cic. Sest. 28, 60. Et pueri saepe indicaverunt aliquid, ad quod pertineret, ignari, id. Top. 20, 75. Quum quid ageretur in locis reliquis, essent ignari, Hirt. B. G. 8, 43, 2. Quo essent in loco ignari, Quintil. Inst. 8, 3, 4. — γ) mit Objectsätzen: Quamquam non sumus ignari multos studiose contra esse dicturos, Cic. Tusc. 2, 1, 3. Ignarus, non omnes esse rogandos, Ovid. Met. 6, 263. Non quidem sibi ignarum, posse argui quod *etc.*, er sei wohl wissend, Tac. Ann. 4, 8. — δ) *absol.*: Tu me ignaro nec opinante, inscio notes et tuos et tuorum amicorum necessarios *etc.*, Cic. Planc. 16, 40; vgl. id. Quint. 20, 64. *Ba.* An nescis, quae sit haec res? *Si.* Iuxta cum ignarissimis, Plaut. Pseud. 4, 7, 62. Si quis laudat Arelli Ignarus opes, Hor. Sat. 2, 6, 79. Quisnam ignarum nostris deus appulit oris?, Virg. Aen. 3, 338.

II) übertr. *1) an etwas nicht denkend, uneingedenk: O socii (neque enim ignari sumus ante malorum) O passi graviora *etc.*, Virg. Aen. 1, 198.

2) passiv (wie auch gnarus) nicht gekannt, nicht bekannt, unbekannt, *ignotus*

(meiſt poetiſch; nicht bei Cicero): „*Ignarus* aeque (ac *nescius*) utroqueversum dicitur, non tantum qui ignorat, sed et qui ignoratur. Sallustius: *More humanae cupidinis ignara visundi.* Virgilius (Aen. 10, 706): Ignarum Laurens habet ora Mimanta", Gell. 9, 12, 20 *sq.*; vgl. Non. 129, 18 *sq.* Mare magnum et ignara lingua commercia prohibebant, Sall. Iug. 18, 6. Quibus agrestis vita est, circumscriptio ignara est et fraus, Senec. de Ira 3, 2. Quem (amorem) non Fors ignara dedit, sed saeva Cupidinis ira, unbekannt, dunkel, Ovid. Met. 1, 453. — β) *c. dativo*: Pauci interiere: plerosque velocitas et regio hostibus ignara tutata sunt, Sall. Iug. 52, 4; vgl.: Per occulta et vigilibus ignara adit castrorum vias, Tac. Ann. 2, 13. Iamque aderat Theseus, proles ignara parenti, Ovid. Met. 7, 404. Non quidem sibi ignara, quae de Silano vulgabantur, sed non ex rumore statuendum, Tac. Ann. 3, 69.

ignave, *adv.*, ſ. ignavus am Ende.

ignāvesco, ĕre, *v. inch. n.* [ignavus] träge werden (nachklaſſ. Wort): Anima nec quiescit nec ignavescit, Tertull. Anim. 43 *fin.*

ignāvĭa, ae, *f.* [ignavus] die Schlaffheit, Läſſigkeit, Trägheit, Faulheit, Muthloſigkeit, entgg. fortitudo, alacritas (gut klaſſiſch): Contraria fortitudini ignavia et iustitiae iniustitia, Cic. Invent. 2, 54, 165; ſo *opp.* fortitudo, id. Catil. 2, 11, 25. In contemptionem adducemus, si inertiam, ignaviam, desidiam, luxuriam (adversariorum) proferemus, Auct. Herenn. 1, 5, 8. Quae qui recipit, recipiat idem necesse est timiditatem et ignaviam, Cic. Tusc. 3, 7, 14. Inclusum atque abditum latere in occulto atque ignaviam suam tenebrarum ac parietum custodiis tegere, id. Rabir. perd. 7, 21. Socordiae sese atque ignaviae tradere, Sall. Catil. 52; ſo neben socordia, id. ib. 58, 4. Per luxum atque ignaviam aetatem agere, id. Iug. 2, 4. Quae tanta animis ignavia venit?, Virg. Aen. 11, 733. Copia cibi ignaviam affert, Plin. 11, 14, 14. Fumo crebriore etiam ignavia earum (apium) excitatur ad opera, id. 11, 16, 15 *fin.* Sanum hominem oportet quiescere interdum, sed frequenter se exercere: siquidem ignavia corpus hebetat, labor firmat, Cels. 1, 1. — *II) übertr. von ſachlichem Gegenſtande: odoris, d. i. Mattheit, Plin. 12, 25, 54 §. 119.

*ignāvĭo, ire, *v. a.* [ignavus] laß-, ſchlaff-, muthlos machen: Saepe ignavit fortem in spe exspectatio, Att. b. Non. 123, 13.

ignaviter, *adv.*, ſ. ignavus am Ende.

ignāvus, a, um, *adj.* [in-gnavus, navus] laß, ſchlaff, muthlos, feig I) von lebenden Gegenſtänden (ſo häufig u. gut klaſſiſch): Ignavi homines recte monent, Plaut. Rud. 3, 5, 49. Si non fecero Ei male aliquo pacto, me esse dicito ignavissimum, id. Bacch. 3, 6, 27. Homo inertior, ignavior, magis vir inter mulieres proferri non potest, Cic. Verr. 2, 78, 192. Ignavus miles ac timidus, Cic. Tusc. 2, 23, 54; vgl.: Compertum habeo, milites neque ex ignavo strenuum neque fortem ex timido exercitum oratione imperatoris fieri, Sall. Catil. 58, 1; ſo: Feroces et inquieti inter socios, ignavi et imbelles inter hostes, Liv. 26, 2, 11 und: Ignavissimus ac fugacissimus hostis, id. 5, 28, 8. Ignavissimi homines per summum scelus omnia ea sociis adimere, quae fortissimi viri victores hostibus reliquerant, Sall. Catil. 12 *fin.* Canis ignavus adversum lupos, Hor. Epod. 6, 2. (Apes) Ignavaeque fame et contracto frigore pigrae, Virg. Georg. 4, 259; ſo: Ignavum, fucos, pecus a praesepibus arcent, id. Aen. 1, 435. — Subſtantiviſch: Cedentibus ignavis et imbecillis et arrogantiae divitum succumbentibus, Cic. Rep. 1, 32. Quemadmodum in bello poena ignavis ab imperatoribus constituitur, id. Caecin. 16, 46. In victoria vel ignavis gloriari licet, adversae res etiam bonos detractant, Sall. Iug. 53 *fin.*; vgl.: Gloriam, honorem, imperium bonus ignavus aeque sibi exoptant, id. Catil. 11, 2. Favimus ignavo, Ovid. Am. 3, 2, 73. — *β) *c. genit.*: Legiones operum et laboris ignavae, populationibus laetantes, Tac. Ann. 11, 18.

II) von ſachlichen und abſtracten Gegenſtänden (ſo meiſt poetiſch u. in nachauguſt. Proſa): Quae vitia non sunt senectutis, sed inertis, ignavae, somniculosae senectutis, Cic. de Senect. 11, 36. Et nemora evertit multos ignava per annos, träg, d. i. unfruchtbar, Virg. Georg. 2, 208. ∾ globus, d. i. unbeweglich, Plin. 2, 8, 6; vgl. ∾ gravitas, Ovid. Met. 2, 821 und ∾ stagna iacentis aquae, Lucan. 5, 442. Ignavo stupuerunt verba palato, d. i. ſprachlos, Ovid. Am. 2, 6, 47. ∾ mora, id. A. A. 1, 186. ∾ anni, in Schlaffheit verlebt, id. Am. 1, 15, 1; vgl. ∾ otia, id. Trist. 1, 7, 25 und ∾ septima lux, d. i. der Sabbath der Juden, Iuven. 14, 106. Ignavum conferunt stipendium, d. i. bloßes Geld, nicht Soldaten, Waffen u. dgl., Vellej. 2, 39, 1. Succus meconium vocatur, multum opio ignavior, matter, unwirkſamer, Plin. 20, 18, 76. Quorundam flos tantum iucundus, reliquae partes ignavae, ut violae, rosae, kraft-, geruchlos, id. 21, 7, 18. Aliis insectis cornicula ante oculos praetenduntur ignava, ut papilionibus, d. i. unnütz, id. 11, 28, 34. — Ignavum est rediturae parcere vitae, Lucan. 1, 492.

B) übertr. von ſchlaff-, träge machenden Gegenſtänden: Nec nos impediet illa *ignava ratio*, quae dicitur: appellatur enim quidam a philosophis ἀργὸς λόγος, cui si parcamus, nihil omnino agamus in vita. Sic enim interrogant: Si fatum tibi est *etc.* ... Recte genus hoc interrogationis ignavum et iners nominatum est, quod eadem ratione omnis e vita tolletur actio, erſchlaffend, Cic. Fat. 12, 28 *sq.* ∾ frigus, Ovid. Met. 2, 763.

∾ aestus, id. ib. 7, 529. ∾ dolor, Plin. 11, 18, 20.

Adv. in zwei Formen, ignave u. ignaviter. α) *ignave*: Ne quid abiecte, ne quid timide, ne quid ignave, ne quid serviliter muliebriterve faciamus, Cic. Tusc. 2, 23, 55; ſo ∾ dicere multa, matt, Hor. Ep. 2, 1, 67. — β) *ignaviter*: Cur tam ignaviter hoc praesertim tempore quaeris?, Lucil. b. Non. 513, 14; ſo Quadrig. b. Prisc. p. 1010 P.; Hirt. b. Cic. Att. 15, 6, 2. — b) *Compar.*: Quam (ovem) videris summas carpentem ignavius herbas, Virg. Georg. 3, 465.

ignĕŏlus, a, um, *adj. demin.* [igneus] feurig (nachklaſſ. Wort): ∾ vigor, Prudent. Cath. 3, 186.

ignesco, ĕre, *v. inch. n.* (in paſſiver Form ignescitur, Laber. b. Non. 481, 7) [ignis] zu Feuer=, feurig=, brennend werden, ſich entzünden I) eigentl.: Ex quo eventurum nostri putant, ut ad extremum omnis mundus ignesceret, *Cic. N. D. 2, 46, 118. (Animam Caesaris) lumen capere atque ignescere sensit, Ovid. Met. 15, 847. — B) übertr. von der Farbe: Purpura et candor et tertium ex utroque ignescens, entbrennend, aufflammend, Plin. 37, 2, 8. — II) tropiſch, leidenſchaftlich entbrennen, erglühen (poetiſch): Vultu gravis ille minaci Iamdudum fremit et furiis ignescit opertis, Val. Flacc. 5, 520; ſo ∾ virgo (Pallas), Sil. 9, 460. ∾ pectora, Claudian. in Eutr. 2, 45. Rutulo muros et castra tuenti Ignescunt irae, Virg. Aen. 9, 66; ſo ∾ amor menti, Colum. poët. 10, 211. ∾ odia, Stat. Theb. 11, 525. — *β) c. *infin.*: Huc ardore pari nisuque incurrere muris Ignescunt animi penetrataque tecta subire, Sil. 13, 180.

rerum laborem fructus illos datos, togam praetextam, sellam curulem, ius imaginis ad memoriam posteritatemque prodendam, Cic. Verr. 2, 5, 14, 36. In qua (Capua) ipse tum imaginis ornandae causa duumviratum gerebat, id. Sest. 8, 19. Vir honestissimae imaginis futurus ad posteros, Liv. 3, 58, 2. Clarum hac fore imagine Scaptium nomen, id. 3, 72.

B) übertr. 1) vom Schalle, der Wiederhall, das Echo (so meist poetisch): (Mellaria facere oportet) primum secundum villam, potissimum ubi non resonent imagines: hic enim sonus harum (apium) fugae causa existimatur esse, Varro R. R. 3, 16, 12. Concava pulsu Saxa sonant vocisque offensa resultat imago, Virg. Georg. 4, 50; vgl.: Tum vocibus aequor Personat et clamat scopulis clamoris imago, Sil. 14, 365 und: Alternae deceptus imagine vocis: *Huc coëamus* ait ... *Coëamus* retulit Echo, Ovid. Met. 3, 385. Cuius recinit iocosa Nomen imago, Hor. Od. 1, 12, 4; so ∾ iocosa Vaticani montis, id. ib. 1, 20, 8. ∾ vaga, Val. Flacc. 3, 596.

II) tropisch A) im Allgem. das im Geiste vorgestellte ähnliche Bild eines Gegenstandes, das Abbild, die bildliche Vorstellung, Idee: Nemo umquam animo aut spe maiora suscipiet, qui sibi non illius (Scipionis) memoriam atque imaginem proponendam putet, Cic. Lael. 27, 102; so: Magnam partem noctium in imagine tua vigil exigo, Plin. Ep. 7, 5, 1. Imagines, quae εἴδωλα nominant, quorum incursione non solum videmus, sed etiam cogitamus, Cic. Fin. 1, 6, 21; vgl.: Imagines extrinsecus in animos nostros per corpus irrumpere, id. Acad. 2, 40, 125 und: Nulla species cogitari potest nisi pulsu imaginum *etc.*, id. Divin. 2, 67, 137 *sq.* Unum aliquem te ex barbatis illis, exemplum imperii veteris, imaginem antiquitatis, columen rei publicae diceres intueri, ein Bild der alten Zeit, id. Sest. 8, 19; vgl.: Haec conficta arbitror a poetis esse, ut effictos nostros mores in alienis personis expressamque imaginem nostram vitae quotidianae videremus, id. Rosc. Am. 16, 47 und: Facile me consolatur recordatio meorum temporum, quorum imaginem video in rebus tuis, id. Fam. 1, 6, 2. Sin autem sine ullius populi exemplo genus ipsum exquiris optimi status, naturae imagine utendum est nobis, quoniam tu hanc imaginem urbis et populi *etc.*, id. Rep. 2, 39 *fin.* Cuius (iustitiae) rusticis quoque apparet aliqua imago, Quintil. Inst. 2, 20, 6; so ∾ virtutis, id. ib. 10, 2, 15. Similitudines ad exprimendas rerum imagines compositae, id. ib. 8, 3, 72.

B) insbesond. 1) in d. rhetor. Spr., die bildliche Darstellung, das Bild, die Vergleichung u. dgl.: „*Comparabile* est, quod in rebus diversis similem aliquam rationem continet. Eius partes sunt tres: *imago*, *collatio*, *exemplum*. *Imago* est oratio demonstrans corporum aut naturarum similitudinem *etc.*", Cic. Invent. 1, 30, 49; vgl.: „*Imago* est formae cum forma cum quadam similitudine collatio", Auct. Herenn. 4, 49, 62; so Senec. Ep. 59; 92; Quintil. Inst. 6, 1, 28; Hor. Sat. 2, 3, 320; Ep. 1, 7, 34.

2) mit vorherrschendem Begriffe der bloßen Nachbildung im Gegensatze des Ursprünglichen, Wirklichen, das bloße Bild, Schattenbild, die Copie, der Schein u. dgl.: Consectatur nullam eminentem effigiem virtutis, sed adumbratam imaginem gloriae. Est enim gloria solida quaedam res et expressa, non adumbrata *etc.* ... ea virtuti resonat tamquam imago, Cic. Tusc. 3, 2, 3. Nos veri iuris germanaeque iustitiae solidam et expressam effigiem nullam tenemus: umbra et imaginibus utimur, id. Off. 3, 17, 69; vgl.: Non in umbra et imagine civitatis, sed in amplissima re publica enitar, ut *etc.*, id. Rep. 2, 30 und: Umbram equitis Romani et imaginem videtis, id. Rabir. Post. 15, 41. Haec ars tota dicendi, sive artis imago quaedam est et similitudo, habet hanc vim, ut *etc.*, id. de Or. 2, 87, 356. Si imaginem iudiciorum aut simulacrum aliquod futurum in civitate reliquum credidisset *etc.*, nur einen Schatten von Gerichten, id. Sest. 13, 30; vgl.: Si publicum ex illa urbe (Capua) consilium sustulissent, imaginem rei publicae nullam reliquissent, id. Agr. 2, 32, 88. Imaginem retinendi largiendive penes nos, vim penes Parthos, Tac. Ann. 15, 14. Qui faciem eloquentiae, non imaginem praestaret, id. Or. 34.

*ĭmāgunc̆ŭla, ae, *f.* [imago] das Bildchen: ∾ aerea puerilis, Suet. Aug. 7.

*imbalnĭtĭes, ēi, *f.* [in-balneum] der ungebadete, schmutzige Zustand, der Schmutz: Hic cruciatur fame, frigore, illuvie, imbalnitie, imperfundie, incuria, Lucil. b. Non. 126, 2.

„IMBARBESCERE barbatum fieri", Fest. p. 109.

imbecille, *adv.*, s. imbecillus am Ende.

imbecillis (inb.), e, s. imbecillus zu Anf.

imbēcillĭtas (inb.), ātis, *f.* [imbecillus] die Schwächlichkeit, Schwäche (gut klassisch) I) körperlich: Tulliae meae morbus et imbecillitas corporis me exanimat, Cic. Att. 11, 6, 4; so ∾ virium (neben infirmitas laterum), id. Brut. 55, 202; ∾ valetudinis, id. Fam. 7, 1, 5. ∾ Niciae nostri (neben mollitia), id. Att. 12, 26, 2; so id. Gramm. 14; neben senium, id. Calig. 44. Imbecillitate Augusti nunciata, d. i. Unpäßlichkeit, id. Tib. 11. — Ubi aut spatium inter muros aut imbecillitas materiae postulare videretur, Caes. B. C. 2, 15, 2. — B) übertr. von Vermögensumständen, Ohnmacht, Unvermögen, Hilflosigkeit u. dgl.: Utrum propter imbecillitatem atque inopiam desiderata sit amicitia, Cic. Lael. 8, 26; so id. ib. 9, 29; 32; Rep. 1, 25; 3, 14; vgl.: Interdum et humani generis imbecillitatem fragilitatemque extimescere, id. Tusc. 5, 1, 3. — II) geistig:

∾ animi, Caes. B. G. 7, 77, 9; ſo ∾ ingenii, Plin. Ep. 4, 18, 1. ∾ consilii, Cic. Off. 1, 32, 117. ∾ magistratuum, id. Fam. 1, 4, 3. Fallit plerumque, quod probitas vocatur, quae est imbecillitas, Quintil. Inst. 6, 4, 12. Neque illos imbecillitatis damnandos: se tamen fortiora solatia e complexu rei publicae petivisse, Tac. Ann. 4, 8.

imbēcillus (inb.), a, um (Nebenf. nach d. 3. Deklin. *abl. sing.*: imbecilli ingenio, Plin. Paneg. 79, 4), *adj.*, ſchwächlich von Natur, ſchwach (gut klaſſiſch) I) körperlich A) von lebenden Gegenſtänden: Quum homo imbecillus a valentissima bestia laniatur, Cic. Fam. 7, 1, 3. Multi sunt imbecilli senes ... at id quidem non proprium senectutis vitium est, sed commune valetudinis. Quam fuit imbecillus P. Africani filius is, qui te adoptavit! quam tenui aut nulla potius valetudine!, id. de Senect. 11, 35. Et absentes (amici) assunt et egentes abundant et imbecilli valent *etc.*, id. Lael. 7, 23. Credibilius est occisos a pluribus pauciores, a firmioribus imbecilliores, Quintil. Inst. 5, 10, 49. Marius et valetudine et natura imbecillior, Cic. Qu. Fr. 2, 10, 3. Nemo e nobis imbecillus fuit, cuius salus ac valetudo non sustentaretur Caesaris cura, d. i. unpäßlich, Vellej. 2, 114, 1. — Subſtantiviſch: Imbecillorum esse aequum misererier omni, Lucr. 5, 1022.

B) von ſachlichen Gegenſtänden: Bona (voce) firmaque ut volumus uti licet: mala vel imbecilla inhibet multa, Quintil. Inst. 11, 3, 13; ſo ∾ frons, id. ib. 12, 5, 4. ∾ pulsus venarum (neben exigui), Cels. 3, 19. Imbecillissimus ac facillimus sanguis, Senec. Benef. 4, 18. Accedent anni et tractari mollius aetas Imbecilla volet, Hor. Sat. 2, 2, 86. — Nescio quomodo imbecillior est medicina quam morbus, Cic. Att. 10, 14, 2. Anus terra et ideo infecunda ad omnia atque imbecilla, Plin. 17, 3, 3. ∾ vina (*opp.* valida), id. 14, 21, 27. Imbecillissimam materiam esse omne olus, d. i. am wenigſten nährend, Cels. 2, 18. Verſchieden hiervon: Ovum durum valentissimae materiae est, molle vel sorbile imbecillissimae, d. i. ſehr leicht verdaulich, id. ib. Simulacra vultus imbecilla ac mortalia sunt: forma mentis aeterna, Tac. Agr. 46. Regnum vobis trado firmum, si boni eritis: si mali, imbecillum, Sall. Iug. 10, 6.

II) geiſtig: Qui eam superstitionem imbecilli animi atque anilis putent, Cic. Divin. 2, 60, 125; ſo ∾ ingenia, Quintil. Inst. 2, 8, 12; vgl.: Si propinquos habeant imbecilliores vel animo vel fortuna, Cic. Lael. 19, 70 und: Ut summi virtute et animo praecessent imbecillioribus, id. Rep. 1, 34. Quem neque hoc tempore neque ab imbecillis accusatoribus mihi placuit accusari, id. Qu. Fr. 2, 6, 6. ∾ suspiciones, Tac. Ann. 2, 76. — Subſtantiviſch: Cedentibus ignavis et imbecillis et arrogantiae divitum succumbentibus, Cic. Rep. 1, 32. Quantulum sapienti damus, si imbecillimis fortior est et moestissimis laetior?, Senec. Ep. 85.

Adv. (ſehr ſelten, viell. nur im *Compar.*): Iis, quae videntur, imbecillius assentiuntur, Cic. Acad. 2, 17, 52. Imbecillius horrent dolorem, id. Tusc. 5, 30, 85.

imbellĭa (inb.), ae, *f.* [in-bellum] die Untauglichkeit zum Kriege (nachaug. Wort): Poenus eludens ignaviam imbelliamque militum eius pretiose armatorum, Gell. 5, 5, 5. Quaecumque animalia vaga nascuntur, armata sunt: hominem imbellia cingit, Wehrloſigkeit, Senec. Benef. 4, 18 (*al.* imbecillitas). „*Imbelliam* belli inscientiam", Fest. p. 114 Müll.

imbellis (inb.), e, *adj.* [in-bellum] unkriegeriſch, zum Kampfe untauglich, oder friedſam, friedlich (meiſt poetiſch u. in nachauguſt. Proſa) I) von lebenden Gegenſtänden: Numquam omnino periculi fuga committendum est, ut imbelles timidique videamur, Cic. Off. 1, 24, 83; ſo: Ignavi et imbelles, Liv. 26, 2, 11 und: Si des arma timidis et imbellibus, Quintil. Inst. 12, 5, 2. Ipse acer, bellicosus; at is, quem petebat, quietus, imbellis, placido ingenio *etc.*, Sall. Iug. 20, 2. Strenui et imbelles inulti obtruncari, id. ib. 67, 2. Pro viro forti contra imbellem, Quintil. Inst. 3, 7, 19. Incondita inermisque multitudo mixta imbelli turba (d. i. Weiber, Kinder), Liv. 32, 13, 14. Quum aliter firmare urbem novam cum imbelli et pastorali manu vix potuerit, Vellej. 1, 8, 5. Caesorum eo die in partibus nostris maior numerus et imbellior, e Germanis ipsa robora, Tac. Hist. 4, 33. ∾ iuventa, Hor. Od. 3, 2, 15. ∾ cervi, Virg. Georg. 3, 265; vgl. ∾ columba, Hor. Od. 4, 4, 31. ∾ dei, d. i. Venus und Amor, Ovid. Am. 1, 10, 20. — II) von ſachlichen und abſtracten Gegenſtänden: Itaque videas rebus iniustis iustos maxime dolere, imbellibus fortes, flagitiosis modestos, Cic. Lael. 13, 47. Sic fatus (Priamus) senior telumque imbelle sine ictu Coniecit, d. i. ſchwach, kraftlos, Virg. Aen. 2, 544; vgl. ∾ lacerti, Ovid. Met. 13, 109. ∾ Tarentum, d. i. verweichlicht, Hor. Ep. 1, 17, 53; ſo ∾ Asia, Liv. 9, 19, 10. ∾ cithara, Hor. Od. 1, 15, 15; vgl. ∾ lyra, id. ib. 1, 6, 10; ∾ plectrum, Ovid. Met. 5, 114; ∾ ∾ carmen, Stat. Theb. 10, 874. ∾ oliva, Val. Flacc. 5, 362. ∾ fretum, d. i. ruhig, Stat. Silv. 3, 5, 84; vgl. id. Theb. 3, 255.

imber, bris, *m.* [ὄμβρος] der Regenſturz, Regenguß, Platzregen, Schlagregen u. dgl. I) eigentl. (gut klaſſiſch): Erat hiems summa, tempestas perfrigida, imber maximus, Cic. Verr. 2, 4, 40, 86. Pedem e villa adhuc egressi non sumus: ita magnos et assiduos imbres habebamus, id. Att. 13, 16, 1. Maximo imbri Capuam veni pridie Nonas, id. ib. 7, 20, 1; ſo: Nudus vinctus in aëre, in imbri, in frigore, id. Verr. 2, 4, 40, 87 und: Iter factum corruptius imbri, Hor. Sat. 1, 5, 95; wofür: Imbre lutoque

Aspersus, id. Ep. 1, 11, 11. Quae opera per imbrem fieri potuerint, Cato R. R. 2, 3. Ita te nec terrae fremitus, nec coeli discessus, nec lapideus aut sanguineus imber, nec faces visae terrebunt, Cic. Divin. 2, 28, 60; vgl.: Quid quum saepe lapidum, sanguinis nonnumquam, terrae interdum, quondam etiam lactis imber defluxit?, id. ib. 1, 43, 98; wofür: Imbri lapidavit, Liv. 43, 13. — 2) sprüchwörtl. a) Imbrem in cribrum gerere, d. i. etwas Vergebliches unternehmen, Plaut. Pseud. 1, 1, 100. — b) Tam hoc tibi in proclivi est quam imber est quando pluit, d. i. überaus leicht, Plaut. Capt. 2, 2, 86.

II) übertr., im Allgem., A) für Unwetter (poetisch): Caeruleus supra caput astitit imber Noctem hiememque ferens et inhorruit unda tenebris, Virg. Aen. 3, 194; 5, 10. Nec cohibere nives gelidas et grandinis imbres, Hagelschlag, Hagelsturz, Lucr. 6, 107.

B) für Regenwasser: Piscinae cisternaeque servandis imbribus, Tac. Hist. 5, 12.

C) für Wasser od. jede andere Flüssigkeit überh. (poetisch): Quoi par imber et ignis, spiritus et gravis terra, Enn. Ann. 1, 25; so vom Wasser als Element: Ex igni, terra atque anima procrescere et imbri, Lucr. 1, 716. Ut ferrum Stridit, ubi in gelidum propter demisimus imbrem, id. 6, 149; so ∾ calidi, Ovid. Am. 2, 15, 23. Ratibusque fremebat Imber Neptuni, Enn. Ann. 7, 78; so vom Meere, Virg. Aen. 1, 123; Ovid. Her. 18, 104; Val. Flacc. 4, 665. Amicos irriget imbres, Virg. Georg. 4, 115. — Imbre per indignas usque cadente genas, Ovid. Trist. 1, 3, 18. ∾ sanguineus, Blutstrom, Stat. Theb. 1, 437; vgl. ∾ cruentus, Lucan. 6, 224. ∾ nectaris, Claudian. Nupt. Hon. 101.

*D) von einer regenartig herabstürzenden Menge: It toto turbida coelo Tempestas telorum ac ferreus ingruit imber, Virg. Aen. 12, 284.

imberbis (inb.), e, *adj.* [in-barba] ohne Bart, unbärtig (selten, aber gut klassisch): Non convenire barbatum esse filium (Aesculapium), quum pater (Apollo) imberbis esset, Cic. N. D. 3, 34, 83. ∾ iuvenis, Hor. A. P. 161. Quae Imberbes didicere, id. Ep. 2, 1, 85. — In der Nebenform imberbus, a, um: ∾ androgyni, Lucil. b. Non. 493, 27 u. b. Charis. p. 74. Quod maximi sunt iidemque imberbi, Varro b. Non. 493, 30.

imberbus, a, um, s. imberbis.

imbĭbo (inb.), bi, 3. *v. a.* [in-bibo] in sich trinken, einsaugen, einziehen I) eigentl. (nachaugust. u. äußerst selten): Radix imponitur carbonibus cupressi, atque is nidor per infurnibulum imbibitur in vetere tussi, Plin. 24, 15, 85. — B) übertr.: Oculi imbibunt tenebras, d. i. verdunkeln sich, werden blind, Nazar. Paneg. ad Const. 13. — II) tropisch einsaugen, annehmen, fassen u. dgl. (so gut klassisch): An iste umquam de se bonam spem habuisset, nisi de vobis malam opinionem animo imbibisset?, Cic. Verr. 1, 14, 42. Tantum certamen animis imbiberant, Liv. 2, 58, 6; so ∾ paternas artes ingenio, Auson. Parent. 13. — B) insbes. d. etwas zu thun bei sich feststellen, sich vornehmen, -versetzen (gewöhnlich mit einem Objectsatze verbunden): Quod si facere nolit atque imbiberit eiusmodi rationibus illum ad suas conditiones perducere, Cic. Quint. 6, 72; so: Ut ex ira poenas petere imbibat acres, Lucr. 6, 72 und: Qui petere a populo fasces saevasque secures Imbibit, id. 3, 1010. Neque immemor eius, quod initio consulatus imbiberat, reconciliandi animos plebis, Liv. 2, 47, 12.

*imbīto (inb.), ĕre, *v. a.* [in-bito] wohineingehen: Meam domum ne imbitas, Plaut. Epid. 1, 2, 42.

*imbŏnĭtas (inb.), ātis, *f.* [in-bonitas] die Unbequemlichkeit (nachklass. Wort): Ubi omnis duritia et imbonitas et insuavitas constitit, Tertull. adv. Mart. 3.

imbractĕo (inbr.), o. Perf., atum, 1. *v. a.* [in-bracteo] mit Metallplättchen überziehen (spätlat.): Statuas auro imbracteari, übergoldet werden, Ammian. 14, 6; so ∾ aereum opus auro, id. 17, 4; ∾ corpora solida, id. 25, 1.

imbrex, ĭcis, *f.* (seltener *m.*, z. B. Plin. 17, 14, 24 *fin.*; Arnob. 3, 107) [imber] der (zum Ableiten des Regens auf dem Dache angebrachte) Hohlziegel: „*Tegulae* vocatae, quod tegant aedes; et *imbrices*, quod accipiant imbres", Isid. Orig. 19, 10. Meas confregisti imbrices et tegulas, Plaut. Mil. gl. 2, 6, 24; vgl.: Tempestas venit, confringit tegulas imbricesque, id. Most. 1, 2, 28; so Sisenn. b. Non. 125, 18; Plin. 35, 12, 46; Virg. Georg. 2, 296. — II) übertr. von hohlziegelförmigen Gegenständen: A) die Rinne, Colum. 9, 13, 6; 2, 2, 9; Plin. 17, 14, 24 *fin.*; Cato R. R. 21, 3. — B) ein Schweinstück (Ohr, Rippe oder Schamtheil), Martial. 2, 37, 2. — C) ∾ narium, die Scheidewand in der Nase, Arnob. 3, 107. — D) eine von Nero ausgedachte Art Beifallklatschen mit den hohlgeformten Händen, Suet. Ner. 20.

imbrĭālis, e, *adj.* [imber] zum Regen gehörig (nachklass. Wort): ∾ aqua, quam vulgo cisterninam vocant, Regenwasser, Coel. Aur. Tard. 5, 10 *med.*

imbrĭcātim, *adv.* [imbrex] hohlziegelförmig (nachaugusteisch u. sehr selten): Distinctione virgulata ... pectinatim, imbricatim undata, Plin. 9, 33, 52.

Imbrĭcĭtor, ōris, *m.* [imber-cieo] der Platzregenerzeuger (poet. Wort): Concurrunt veluti venti, quum spiritus Austri Imbricitor *etc.*, Enn. Ann. 17, 15. Apollo deus Imbricitor, Macrob. Sat. 1, 17 *med.* Iuppiter dicitur et Fulgurator et Tonitrualis ...

etiam Imbricitor et item Serenator, Appul. de Mundo.

„IMBRICITUR ὀμβροῦται, βρέχεται“, Gloss. Philox.

imbrico, o. Perf., atum, 1. *v. a.* [imbrex] I) mit Hohlziegel decken (nachklass.): Tegulis interiacentibus imbricarentur, Sidon. Ep. 2, 2. — II) hohlziegelförmig machen: ∾ caementa inter se, Vitr. 2, 8. Laurus folio per margines imbricato, Plin. 15, 30, 30; so im *partic. perf.*: ∾ ungues simiae, id. 11, 45, 101. ∾ vertebrae, id. 11, 1, 1.

imbrĭcus, a, um, *adj.* [imber] regnicht (vor- u. nachklass. Wort): Hic Favonius serenu'st, istic Auster imbricus, Regen bringend, Plaut. Merc. 5, 2, 35; so ∾ solstitium (*opp.* hiems *serena*), Macrob. Sat. 5, 20 *fin.* „*Imbrica tempestate* pluviam videtur significare“, Fest. p. 109 Müll.

imbrĭdus, a, um, *adj.* [imber] regnicht (nachklass. Wort): ∾ coelum, Solin. 4. ∾ solum (*opp.* siccum), Pallad. Ian. 13, 1.

imbrĭfer, ĕra, ĕrum, *adj.* [imber-fero] Regen bringend, regnicht (poet. u. in nachaugust. Prosa): ∾ Austri, Ovid. Met. 13, 725. ∾ ver, Virg. Georg. 1, 313. ∾ coelum, Colum. 5, 5, 4. ∾ Nilus, d. i. Wasser bringend, überschwemmend, Martial. 1, 62, 5.

imbrĭfĭco, are, *v. a.* [imber-facio] beregnen, befeuchten (nachklass. Wort): ∾ terram aquis (aër), Mart. Capell. 6, 191.

Imbrius, a, um, s. d. folg. Art.

Imbros und Imbrus, i, *m.*, Ἴμβρος, eine kleine Insel im ägäischen Meere, an der Chersonesus Thracica, nahe bei Lemnos und Samothrace, jetzt *Imbro*, Mel. 2, 7, 8; Plin. 4, 12, 23. Dieselbe Imbria terra, Ovid. Trist. 1, 10, 18.

„IMBRUMARI dicuntur, quibus fastidium est ciborum. Edacitas enim Graece βρῶμα appellatur“, Isid. Orig. 5, 35.

*imbubino, are, *v. a.* [BUBINO] einsudeln, besudeln: „BUBINARE est menstruo mulierum sanguine inquinare. Lucilius: *Haec*, inquit, *te imbubinat, at contra te imbulbitat. Imbulbitare* est puerili stercore inquinare, dictum ex fimo, quod Graeci appellant *βόλβιτον*“, Fest. p. 32 Müll.

imbulbito, are, s. d. vor. Art.

imbŭo (inb.), ŭi, ūtum, 3. *v. a.* [in-BI, wovon bibo, verwandt mit ΠΙΩ, wovon πίνω; also in causativem Sinne] etwas mit einer Flüssigkeit anfeuchten, befeuchten, benetzen (gut klassisch)

I) eigentl.: Quibus liquoribus mundam lanam imbuere oportebit, ut insistentes apes succum evocent, Colum. 9, 14, 15. Tapetes, quos concha purpura imbuens venenavit, Cn. Matius b. Gell. 20, 9, 3. ∾ cados amurca, Plin. 15, 8, 8; ∾ guttura lacte, Ovid. Ib. 131. Imbuti sanguine gladii legionum vel madefacti potius, benetzt oder vielmehr triefend von Blut, Cic. Phil. 14, 3, 6. Quae fors prima dedit, sanguis novus imbuit arma, Virg. Aen. 7, 554. Hoc primum anno sanguine consulis Romani militis imbutae manus sunt, Vellej. 2, 20, 1. Vestis imbuta sanguine, Ovid. Met. 9, 153. Munus tabo imbutum, Hor. Epod. 5, 65. Tela imbuta veneno, Ovid. Trist. 4, 1, 77. Oscula, quae Venus Quinta parte sui nectaris imbuit, Hor. Od. 1, 13, 16. Quo semel est imbuta recens servabit odorem Testa diu, id. Ep. 1, 2, 69. — Poetisch: Pavonum ridenti imbuta lepore Secla, novo rerum superata colore iacerent, d. i. angethan mit lachendem Reiz, Lucr. 2, 502. Neve alium quemvis quae sunt imbuta colorem, id. 2, 734.

II) tropisch A) im Allgem. mit etwas erfüllen, anthun, beflecken, besudeln, anstecken u. dgl. (so besond. häufig im *partic. perf.*): Credite, amici morte me imbuturum manus, Att. b. Non. 521, 8; vgl.: Quum autem semel gladium scelere imbuisset, nulla res ei finem caedendi attulisset, Cic. Phil. 5, 7, 20. Non esse talibus promissis imbuendas aures militum, Curt. 4, 10. — β) im *partic. perf.*: Qui praesint, aliqua sint humanitate imbuti, Varro R. R. 1, 17, 4; vgl.: Etrusci, quod religione imbuti studiosius et crebrius hostias immolabant, Cic. Divin. 1, 42, 93; so imbutus admiratione, Liv. 21, 39, 7; ∾ legiones favore Othonis, Tac. Hist. 2, 85; ∾ miles longo Caesarum sacramento, id. ib. 1, 5. Imbuti illinc et infecti Romanis delenimentis redeunt, Liv. 40, 11, 3; so: Solos Rhodios fluctuantes et imbutos Persei consiliis invenisse, id. 42, 26, 8. — Hac ille crudelitate imbutus, Cic. Phil. 3, 3, 4; so ∾ superstitione, id. Fin. 1, 18, 60. Sociale bellum macula sceleris imbutum, id. Font. 14, 31. Colonorum caede imbutis armis, Liv. 4, 31, 7; so: Imbutae caede manus, Ovid. A. A. 2, 714. Imbutas praeda manus in direptionem Galliarum erupturas, Tac. Ann. 1, 36.

B) insbesond. von der Angewöhnung, Anbildung: an etwas frühzeitig gewöhnen, dazu heranbilden, darin einführen, einweihen, unterweisen u. dgl.: Quibus ille studiis ab ineunte aetate se imbuerat, Cic. Deiot. 10, 28; vgl.: Ut eius (pueri) animum tenerum his opinionibus imbuas, ut ne etc., id. Att. 14, 13, B, 4 und: Adolescentuli castrensibus stipendiis imbuebantur, ut imperare parendo assuescerent, Plin. Ep. 8, 14, 5. Honeste genitos, liberaliter educatos servilibus vitiis imbuisse, Liv. 26, 2, 11. Nemo est tam immanis, cuius mentem non imbuerit deorum opinio, Cic. Tusc. 1, 13, 30; vgl.: Ea pietate omnium pectora imbuerat, ut etc., Liv. 1, 21, 1. Imbuendis sociis ad officia legum, Tac. Ann. 12, 32. Nec quicquam prius imbuuntur quam contemnere deos, id. Hist. 5, 5. — Optime cum domito iuvencus imbuitur, d. i. wird an die Arbeit gewöhnt, Plin. 8, 45, 70. — Poetisch: Illa rudem cursu prima imbuit Amphitriten, d. i. beschiffte

zuerſt, Catull. 64, 11; ſo ∾ terras vomere, d. i. zuerſt pflügen, Ovid. Trist. 3, 11, 52; Val. Flacc. 1, 69; ∾ phialam nectare, d. i. zuerſt füllen, Martial. 8, 51, 17; ∾ bellum sanguine, einweihen, Virg. Aen. 7, 542; ∾ iuvenem primo Hymenaeo (coniux), Sil. 3, 65. Imbuis exemplum primae tu, Romule, palmae, d. i. beginnſt, gibſt das erſte Beiſpiel, Prop. 4, 10, 5; ſo ∾ opus, Ovid. A. A. 1, 654. — β) im *partic. perf.*: Nos ita a maioribus instituti atque imbuti sumus, ut *etc.*, Cic. Phil. 10, 10, 20; vgl.: Qui et doctrina liberaliter institutus et aliquo iam imbutus usu et satis acri ingenio esse videatur, id. de Or. 2, 39, 162 und: Parentum praeceptis imbuti, id. Off. 1, 32, 118. Quibus praeceptis instructum Germanicum suum imbutumque rudimentis militiae secum actae *etc.*, Vellej. 2, 129, 2; vgl.: Imbutum iam a iuventa certaminibus plebeiis, Liv. 5, 2, 13. Extorquere ex animis cognitiones verborum, quibus imbuti sumus, Cic. Fin. 2, 5, 16. An tu dialecticis ne imbutus quidem es? in primis enim hoc traditur *etc.*, id. Tusc. 1, 7, 14; vgl.: Nec sane quisquam literis saltem leviter imbutus *etc.*, Quintil. Inst. 1, 2, 16 und: Quasi non perfectum literis sed imbutum, Suet. Gramm. 4. (Verna) Literulis Graecis imbutus, Hor. Ep. 2, 2, 7. Lex, quam non didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus; ad quam non docti, sed facti, non instituti, sed imbuti sumus, Cic. Mil. 4, 10.

„IMBURVUM fictum ab urvo, quod ita flexum ut redeat sursum vorsus, ut in aratro quod est urvum", Varro L. L. 5, 27, 36 §. 127.

imbūtāmentum, i, *n.* [imbuo *no.* II, B] die Unterweiſung, der Unterricht (ſpätlat.): ∾ varia dogmatum, Fulg. Myth. 1 prooem.

imbutus, a, um, *Partic.* v. imbuo.

ĭmĭtābĭlis, e, *adj.* [imitor] nachahmbar, nachahmlich (ſelten, aber gut klaſſiſch): Orationis subtilitas imitabilis illa quidem videtur esse existimanti, sed nihil est experienti minus, Cic. Or. 23, 76; vgl. Quintil. Inst. 10, 1, 61; 10, 2, 12; 19. Tu mihi maxime imitabilis, maxime imitandus videbaris, Plin. Ep. 7, 20, 4. Non imitabile fulmen, Virg. Aen. 6, 590. ∾ quiddam, Ovid. Pont. 4, 10, 77. Neque est gemma alia imitabilior mendacio vitri, Plin. 37, 8, 33.

ĭmĭtāmen, ĭnis, *n.* [imitor] die Nachahmung, abstract u. concret, das Nachgeahmte, Bild (ovidian. Wort): Somnia, quae veras aequent imitamine formas, Ovid. Met. 11, 626. — Im Plural, id. ib. 4, 445; 15, 200; Fast. 4, 211.

ĭmĭtāmentum, i, *n.* [imitor] die Nachahmung, abstract u. concret (nachauguſt. Wort): Simulacrum Olympiaci Iovis imitamenti aequiparans magnitudinem, Ammian. 22, 13. — Im Plural, Tac. Ann. 14, 57; 13, 4; Gell. 7, 5, 7.

ĭmĭtātĭo, ōnis, *f.* [imitor] die Nachahmung (gut klaſſiſch): „Aemulatio dupliciter illa quidem dicitur, ut et in laude et in vitio nomen hoc sit; nam et imitatio virtutis aemulatio dicitur *etc.*", Cic. Tusc. 4, 8, 17; vgl. Quintil. Inst. 1, 2, 26. Uti excellentium civium virtutem imitatione dignam, non invidia putarent, Cic. Phil. 14, 6, 17. Si minus imitatione tantam ingenii praestantiam consequi possent, voluntate certe proxime accedimus, id. Off. 3, 1, 1. Ut ad imitationem sui vocet alios, id. Rep. 2, 42. Prodere reliquis in posterum periculosam exempli imitationem, id. Flacc. 11, 24; ſo ∾ antiquitatis, Quintil. Inst. 11, 3, 10; ∾ nostrorum dictorum factorumque, id. ib. 9, 2, 59; ∾ fori consiliorumque, id. ib. 2, 4, 41 u. vgl. In omni re vincit imitationem veritas, Cic. de Or. 3, 57, 215. Sono ipso vocis ita recto et simplici est, ut nihil ostentationis aut imitationis afferre videatur, id. ib. 3, 12, 45. Quum est arduum similitudinem effingere ex vero, tum longe difficillima est imitationis imitatio, Copie einer Copie, Plin. Ep. 4, 28, 3. — II) in d. rhetor. Spr. A) die Nachahmung eines Redners: „*Imitatio* est, in qua impellimur cum diligenti ratione, ut aliquorum similes in dicendo velimus esse", Auct. Herenn. 1, 2, 3; vgl. Cic. de Or. 2, 22 *sq.*; Quintil. Inst. 10, 2. — B) die Nachahmung eines Naturlautes, Onomatopöie, Auct. Herenn. 4, 31, 42.

ĭmĭtātor, ōris, *m.* [imitor] der Nachahmer (gut klaſſiſch) α) c. *genit.*: Nec enim tantum mali est, peccare principes, quantum illud, quod permulti imitatores principum exsistunt, Cic. Leg. 3, 14, 31. ∾ Thucydidis, Quintil. Inst. 10, 1, 74. ∾ Atticorum, id. ib. 115; 12, 10, 14. Ut sciamus, utrum veterum facinorum sis imitator an inventor novorum, Cic. Vatin. 9, 22. Brutus erat stulti sapiens imitator, Ovid. Fast. 2, 717. ∾ fulminis, id. Met. 14, 618. — β) *absol.*: Natura fingit homines et creat imitatores et narratores facetos, Cic. de Or. 2, 54, 219. Nec desilies imitator in artum, Hor. A. P. 134. O imitatores, servum pecus, Nachäffer, id. Ep. 1, 19, 19.

ĭmĭtātrix, īcis, *f.* [imitator] die Nachahmerin (ſelten, aber gut klaſſiſch): ∾ boni (voluptas), Cic. Leg. 1, 17, 47. ∾ gloriae (fama popularis), id. Tusc. 3, 2, 4. ∾ ac parasita avis (otus), Plin. 10, 23, 33 §. 68.

imito, are, ſ. imitor am Ende.

ĭmĭtor, atus, 1. (archäiſt. *infin. praes.* imitarier, Plaut. Capt. 3, 1, 25) *v. intens. depon.* [Stamm IM, wovon imago, ſ. d. W.] nachahmen, d. i. I) etwas ähnlich darſtellen, nachmachen, nachbilden (gut klaſſiſch): Pictor vidit obvolvendum caput Agamemnonis esse, quoniam summum illum luctum penicillo non posset imitari, nachbilden, treffen, Cic.

Or. 22, 74; vgl.: Ut nemo pictor esset inventus, qui Coae Veneris eam partem, quam Apelles inchoatam reliquisset, absolveret: oris enim pulchritudo reliqui corporis imitandi spem auferebat, id. Off. 3, 2, 10 und: Qui aut Ialysi non potuerunt aut Coae Veneris pulchritudinem imitari, id. Or. 2, 5; ſo: Canachi signa rigidiora esse quam ut imitentur veritatem, id. Brut. 18, 70. Quum chirographum Sex-primorum imitatus est, Cic. N. D. 3, 30, 74. In ea coena coquus meus praeter ius fervens nihil potuit imitari, id. Fam. 9, 20, 2. Faber ungues Exprimet et molles imitabitur aere capillos, darſtellen, ausdrücken, Hor. A. P. 33; vgl.: Argillà quidvis imitabitur udâ, id. Ep. 2, 2, 8. Qui (Chaerea) quam ob rem Roscium similem sui in fraude et malitia existimarit, nihil videtur: nisi forte, quod praeclare hunc imitari se in persona lenonis animadvertit, Cic. Rosc. Com. 7, 20. Nihil ista, quae populi speciem et nomen imitatur, immanius belua est, Cic. Rep. 3, 33. De industria, tum verbis tum etiam ipso sono quasi subrustico prosequebatur atque imitabatur antiquitatem, id. Brut. 36, 137; vgl.: Qui non heroum veteres casus fictosque luctus vellem imitari atque adumbrare dicendo, id. de Or. 5, 47, 380 und: Imitans, ut est mos, facta et dicta vivi, Suet. Vesp. 19; ſo ∾ carmina, geſticulirend darſtellen, Liv. 7, 2, 4. ∾ gaudia falsa, ſingiren, Tibull. 3, 6, 33; vgl. ∾ moestitiam, Tac. Ann. 1, 24. — Poetiſch: Putre solum imitamur arando, d. i. locker machen, Virg. Georg. 2, 204. Robore duro, Stipitibus ferrum sudibusque imitantur obustis, d. i. erſetzen, id. Aen. 11, 894; ſo ∾ pocula vitea fermento atque sorbis, id. Georg. 3, 380.

II) nachahmen ſ. v. a. einem Gegenſtande ähnlich handeln, -verfahren u. dgl. (ſo am häufigſten): Recessim cedam ad parietem, imitabor nepam, Plaut. Casin. 2, 8, 7. Imitabor ergo Aratum, qui magnis de rebus dicere exordiens, a Iove incipiendum putat, Cic. Rep. 1, 36; vgl.: Non hercule (iracundiae dominatum animi mei permitto), sed imitor Archytam illum Tarentinum, qui *etc.*, id. ib. 1, 38. Quanto magis philosophi delectabunt, si, ut illi (poëtae) Aeschylum, Sophoclem, Euripidem, sic hi Platonem imitentur, Aristotelem, Theophrastum? Oratores quidem laudari video, si qui e nostris Hyperidem sint aut Demosthenem imitati, id. Acad. 1, 3, 10. Accedat exercitatio, qua illum, quem ante delegerit, imitando effingat atque exprimat, id. de Or. 2, 22, 90; vgl.: Quem (eloquentem) si imitari atque exprimere non possumus, at qualis esse debeat, poterimus fortasse dicere, id. Or. 5, 19. Quem postea imitati sunt multi, aequavit nemo, Plin. 35, 11, 40 §. 126. Ipsi sibi imitandi fuerunt, Cic. Or. 53, 177; ſo: Qui maxime imitandus, et solus imitandus est, Quintil. Inst. 10, 2, 24. Noster ille amicus, dignus huic ad imitandum, Cic. Rep. 1, 18 Mos. Rex est creatus L. Tarquinius: sic enim suum nomen ex Graeco nomine inflexerat, ut in omni genere huius populi consuetudinem videretur imitatus, id. ib. 2, 20. Non dicam plura, ne, in quo te obiurgem, id ipsum videar imitari, id. Fam. 3, 8, 6. In adeundis periculis consuetudo imitanda medicorum est, id. Off. 1, 24, 83. Quod faciendum imitandumque est omnibus, ut *etc.*, id. Lael. 19, 70. Factum praeclarum expositum ad imitandum, id. Phil. 2, 44, 114.

☞ a) active Form imito, are (vorklaſſiſch): Si malos imitabo, Liv. Andr. b. Non. 473, 22. Tuum opus nemo imitare potest, Varr. ib. 21. — b) imitatus, a, um in paſſiver Bedeutung: Imitata et efficta simulacra, Cic. Univ. 3. Quum sint alii veri affectus, alii ficti et imitati, Quintil. Inst. 11, 3, 61. Testis abest somno, nec abest imitata voluptas, Ovid. Met. 9, 481.

īmĭtus, *adv.* [imus] von unterſt, aus dem Grunde, aus der Tiefe, *funditus* (nachklaſſ. Wort): Fontes imitus ignes eructare, Gell. 17, 10, 13. Terra dehiscente imitus, Appul. Met. 9 p. 233.

immăcŭlābĭlis (inm.), e, *adj.* [in-maculo] unbefleckbar (ſpätlat.): Mente pura, immaculabili conscientia, cogitatione sincera, Auson. Grat. act. ad Gratian. 27.

***immăcŭlātus** (inm.), a, um, *adj.* [immaculo] unbefleckt: ∾ Romana tellus, Lucan. 2, 736.

immăcŭlo (inm.), are, *v. a.* [in-maculo] beflecken (ſpätlat.): Nullus invidiae livor immaculet, Firm. Math. 4, 16.

immădesco, dŭi, 3. (nur im *perf.* vorkommend) *v. inch. n.* [in-madesco] feucht-, naß werden (poet. u. in nachauguſt. Proſa): Credibile est, lacrimis immaduisse genas, Ovid. Trist. 1, 9, 34. Tenuis graviore Favonius Austro Immaduit, Stat. Silv. 3, 1, 73. Quum terra a siccitate continua immaduit imbre, Plin. 17, 5, 3.

immane, *adv.*, ſ. immanis am Ende.

immănĕo (inm.), ēre, *v. n.* [in-maneo] in-, bei etwas bleiben (ſpätlat.): Cur non possit (aqua) super illud levius coelum minutioribus guttis et levioribus immanere vaporibus?, Augustin. de Gen. ad lit. 2, 4 *fin.*

immānis (inm.), e, *adj.* [in-MA, magnus] ungeheuer groß, ungeheuer, unermeßlich (gut klaſſiſch) I) eigentl. (meiſt nur von ſachlichen u. abſtracten Gegenſtänden): Quae res et cibi genere et quotidiana exercitatione ... et vires alit et immani corporum magnitudine homines efficit, Caes. B. G. 4, 1, 9; vgl.: Simulacra immani magnitudine, id. ib. 6, 16, 4; ſo: Immani corpore serpens, Lucr. 5, 34 und: (Tityos) Quamlibet immani proiectu corporis exstet, id. 3, 1000. Ingens immanisque praeda, Cic. Verr. 2, 3, 46, 110. Illa fuit pecunia immanis, haec parvula, id. Rosc. Com. 8, 23. Inter coenam, in ipsis tuis immanibus illis poculis

id. Phil. 2, 25, 63. Immania ponti Aequora, substrata aetheriis ingentibus oris, Lucr. 4, 412; ſo ∾ templa coeli, id. 5, 522; ∾ antrum, Virg. Aen. 6, 11; vgl. ∾ spelunca vasto hiatu, id. ib. 6, 237; ∾ barathrum, id. ib. 8, 245; ∾ tegumen leonis, id. ib. 7, 666; ∾ telum, id. ib. 11, 552 u. vgl. (Puella) Parvula, pumilio, *Χαρίτων μία*, tota merum sal; Magna atque immanis, *κατάπληξις* plenaque honoris, Lucr. 4, 1159. ∾ cete, Virg. Aen. 5, 822. — Immani numero annorum urbanos agricolae praestant, Varro R. R. 3, 1, 3; vgl.: Immanem exercitum confecerat, Vellej. 2, 51, 1; ſo ∾ frequentia amicorum, id. 2, 59 *fin.* Geminos immani pondere cestus, Virg. Aen. 5, 401. ∾ vox, Quintil. Inst. 11, 3, 32. — Ambitus redit immanis: numquam fuit par, Cic. Qu. Fr. 2, 15, b, 4; ſo ∾ dissensio civitatis, Vellej. 2, 2, 1; — studium loquendi, Ovid. Met. 5, 678; ∾ avaritia, Sall. Iug. 31, 12; ∾ vitium, Hor. Sat. 2, 4, 76. ∾ soloecismus, Gell. 15, 9, 3. — Im Neutrum abſolut: Vino et lucernis Medus acinaces Immane quantum discrepat, überaus wie ſehr, ungemein, Hor. Od. 1, 27, 6; ſo: Civilis lapsu equi prostratus immane quantum suis pavoris et hostibus alacritatis indidit, Tac. Hist. 4, 34; wofür: Quod matrimonium Aemiliano huic immane quanto angori quantaeque invidiae fuit, Appul. Apol. und vollſtändig: Immane dictu est, quanti et quam multi ad Pompeium discesserint, Sall. Orat. ad Caes. 1.

II) tropiſch, dem Charakter nach ungeheuer, fürchterlich, graus, ſchrecklich, wild u. dgl. (ebenfalls gut klaſſiſch): Hostis in ceteris rebus nimis ferus et immanis, Cic. Verr. 2, 2, 21, 51; vgl.: Nulla gens tam fera, nemo omnium tam immanis, cuius mentem non imbuerit deorum opinio, id. Tusc. 1, 13, 30 und: Ex feris et immanibus mites reddidit et mansuetos, id. Invent. 1, 2, 2; vgl. auch: Ad humanitatem atque mansuetudinem revocavit animos hominum studiis bellandi iam immanes ac feros, id. Rep. 2, 14; ſo ∾ belua (neben fera), id. Acad. 2, 34, 108; N. D. 2, 64, 161; neben taetra, id. Tusc. 4, 20, 45; vgl. ∾ et vasta belua, id. Rep. 2, 40 und: Nihil ista immanius belua est, id. ib. 3, 33. ∾ ianitor aulae, Cerberus, Hor. Od. 3, 11, 15. Ex hoc populo indomito, vel potius immani deligitur aliqui *etc.*, Cic. Rep. 1, 44. Istius immanis atque importuna natura, id. Verr. 2, 1, 3, 8. Spurcificus, immanis, intolerandus, vesanus, Plaut. Trin. 4, 1, 7. Immanis ac barbara consuetudo hominum immolandorum, Cic. Font. 10, 21. Tantum facinus, tam immane (patris occidendi), id. Rosc. Am. 24, 68; ſo ∾ coeptis effera Dido, Virg. Aen. 4, 642. ∾ orae, id. ib. 1, 616. ∾ Rhaeti, Hor. Od. 4, 14, 15. — *Compar.*: Scelere ante alios immanior omnes, Virg. Aen. 1, 347. — *Superl.*: Voluptatem immanissimus quisque acerrime sequitur, Cic. Partit. or. 25, 90.

Adv. in zwei Formen immane u. immaniter (in beiden vielleicht nicht vorauguſt.) 1) (nach *no.* I) ungeheuer groß, unmäßig u. dgl.: Immaniter clamare, Gell. 1, 26, 8. — Häufiger 2) (nach *no.* II) fürchterlich, wild, ſchrecklich u. dgl. α) Form *immane*: Leo hians immane, Virg. Aen. 10, 726; ſo ∾ sonat fluctus per saxa, id. Georg. 3, 239; vgl. ∾ fremant torrentes, Claudian. Cons. Mall. Theod. 237. ∾ spirans rapta securi, Virg. Aen. 7, 510. — β) Form *immaniter*: Leones per ea loca saevientes immaniter, Ammian. 18, 7. Perdite et immaniter vivere, Augustin. Conf. 10, 37. — b) *Compar*: Immanius efferascunt, Ammian. 18, 7.

immānĭtas, ātis, *f.* [immanis] I) die ungeheuere Größe (ſo ſehr ſelten, aber gut klaſſiſch): Serpens inusitatae immanitatis, Gell. 6, 3, 1. Tot vitiorum tanta immanitas, Cic. Coel. 6, 14. ∾ frigoris, Iustin. 2, 1. — II) die ungeheuere Wildheit, Roheit, Abſcheulichkeit u. dgl. (ſo am häufigſten): Ista in figura hominis feritas et immanitas beluae a communi tamquam humanitatis corpore segreganda est, Cic. Off. 3, 6, 32; ſo: Feritas quaedam atque agrestis immanitas, id. Divin. 1, 29, 60; vgl.: Multas esse gentes sic immanitate efferatas ut apud eas nulla suspicio deorum sit, id. N. D. 1, 23, 62. Omni diritate atque immanitate teterrimus, id. Vatin. 3, 9. Asperitas et immanitas naturae, id. Lael. 23, 87. Qui (tyrannus) quamquam figura est hominis, morum tamen immanitate vastissimas vincit beluas, id. Rep. 2, 26. Istuc nihil dolere non sine magna mercede contingit, immanitatis in animo, stuporis in corpore, id. Tusc. 3, 6, 12; vgl.: Prudentiam malitia, temperantiam immanitas in voluptatibus aspernandis imitatur, id. Part. 23, 81. M. Antonii tanta est, non insolentia (nam id quidem vulgare vitium est), sed immanitas, non modo ut vocem, sed ne vultum quidem liberum possit ferre cuiusquam, id. Fam. 10, 1, 1. Ne in hac civitate tanti facinoris immanitas aut exstitisse aut non vindicata esse videatur, id. Catil. 1, 6, 14; ſo ∾ parricidii, Quintil. Inst. 9, 2, 53. ∾ priorum temporum, Plin. Paneg. 47, 1. Cuius sententia condemnata mihi videtur esse immanitas ista verborum, Cic. Fin. 4, 9 *fin.*

immānĭter, *adv.*, ſ. immanis am Ende.

immansuētus (inm.), a, um, *adj.* [immansuetus] ungezähmt, unbändig, wild (poetiſch u. in nachauguſt. Proſa): Ille ferox immansuetusque, Ovid. Met. 4, 237. ∾ Cyclops, id. ib. 14, 249. At tu (Borea), de rapidis immansuetissime ventis, id. Her. 18, 37. Rabidos effligimus canes, trucem atque immansuetum bovem caedimus, Senec. de Ira 1, 15. — At quibus ingenium est immansuetumque ferumque, Ovid. Met. 15, 85. Quid immansuetius?, Senec. Cons. ad Helv. 6.

immarcescĭbĭlis (inm.), e, *adj.* [inmarcesco] unverwelklich (nachklaſſ. Wort):

∾ flos, Tertull. Cor. mil. 15. ∾ corona, Paul. Nol. Carm. 15.

immature, *adv.*, ſ. immaturus am Ende.

immātūrĭtas (inm.), ātis, *f.* [immaturus] I) die Unzeitigkeit, Unreife: ∾ sponsarum, Suet. Aug. 34. — *II) die unzeitige Thätigkeit, zu große Eile, Eilfertigkeit: Quid haec festinatio, quid haec immaturitas tanta significat?, Cic. Quint. 26, 82.

immātūrus (inm.), a, um, *adj.* [in-maturus] unzeitig, unreif (gut klaſſiſch) I) eigentl. von Gewächſen: ∾ pira, Cels. 2, 30. Ut neque praepropere destringatur immatura frons *etc.*, Quintil. Inst. 12, 6, 2. Quo apparet, aut aliud esse (amomum) aut colligi immaturum, Plin. 12, 13, 28. — II) übertr. von andern Gegenſtänden: ∾ vomica, Plaut. Pers. 2, 5, 14. — Infans, qui conceptus erat, immaturus est editus, Suet. Aug. 63. ∾ puellae, d. i. noch nicht mannbar, id. Tib. 61; ſo ∾ virgo, Ulp. Dig. 47, 10, 25 u. ∾ sponsa, id. ib. 24, 1, 32 §. 27. Etenim si abhinc annos prope viginti hoc ipso in templo negavi posse mortem immaturam esse consulari: quanto verius nunc negabo seni!, frühzeitig, früh, Cic. Phil. 2, 46, 119; vgl. id. Catil. 4, 2, 3; ſo ∾ mors, Quintil. Inst. 10, 1, 89; Plin. Ep. 5, 5, 4. ∾ interitus C. Gracchi, Cic. Brut. 33, 125; ∾ obitus, Suet. Calig. 8; ∾ iter mortis, Prop. 3, 7, 2; ∾ funus, Quintil. Inst. 6 praef. §. 3; vgl.: ∾ filius obiit, Hor. Sat. 2, 8, 59; ∾ puella, früh geſtorben, Prop. 4, 11, 17 u. ossa, Tibull. 2, 6, 29. Morum senilis auctoritas immatura adolescentibus creditur, Quintil. Inst. 11, 1, 32. ∾ consilium, Liv. 22, 38, 11; Suet. Aug. 8. — *Adv.* Colum. 11, 2, 3; Vellej. 2, 116; Senec. Suas. 1 *fin.* — *Compar.*, Appul. Met. 6 p. 180.

immĕdĭcābĭlis (inm.), e, *adj.* [inmedicabilis] unheilbar (poet. Wort) I) eigentl.: ∾ vulnus, Ovid. Met. 1, 190; 10, 189. ∾ telum, deſſen Wunde unheilbar, Virg. Aen. 12, 858. — II) tropiſch: ∾ ira, Sil. 1, 147. Postquam immedicabile visum Seditio *etc.*, Sil. 14, 292.

immĕdĭcātus (inm.), a, um, *adj.* [inmedicor] geſchminkt: ∾ os, Appul. Apol. p. 323.

immeditate, *adv.*, ſ. d. folg. Art.

immĕdĭtātus (inm.), a, um, *adj.* [inmeditatus] nicht erkünſtelt, kunſtlos, natürlich (nachklaſſ. Wort): ∾ sonores animalium, Appul. Flor. p. 357. ∾ incessus, id. Met. 2 p. 115. — *Adv.*, Gell. N. A. praef. §. 10.

***immējo** (inm.), ĕre, *v. n.* [in-mejo] hineinpiſſen, in obſcön. Uebertragung vom Beiſchlaf: Patriciae immeiat vulvae, Pers. 6, 73.

immĕmor (inm.), ŏris (vorklaſſ. Nebenform d. *nom. sing.* immemoris, Caecil. b. Prisc. p. 699 u. 772 P.), *adj.* [in-memor] uneingedenk, an= auf etwas nicht denkend, nicht bedenkend u. dgl. (häufig u. gut klaſſiſch): conſtruirt gewöhnl. mit d. Genitiv; ſeltener abſolut od. mit einem Objectſatze. α) c. *genit.*: Adeone vobis oblitus constantiae meae, adeo immemor rerum a me gestarum esse videor?, Cic. Sull. 30, 83. Quid? non haec varietas mira est, excidere proxima, vetera inhaerere? hesternorum immemores, acta pueritiae recordari?, Quintil. Inst. 11, 2, 6. Ne me immemorem mandati tui putares, id. Att. 5, 16, 1; ſo ∾ istius mandati tui, id. ib. 4, 6, 3. Huius rei ne posteritatem quidem omnium seculorum umquam immemorem fore, id. Phil. 2, 22, 54. Nec erat indoctus (L. Gellius), nec tardus ad excogitandum, nec Romanarum rerum immemor, d. i. die römiſche Geſchichte war ihm zur Hand, id. Brut. 47, 174. Manet sub Iove frigido Venator tenerae coniugis immemor, Hor. Od. 1, 1, 26. Omnium immemor difficultatum, Liv. 9, 31, 14; ſo ∾ praedae, Tac. Ann. 14, 36; ∾ sepulcri, Hor. Od. 2, 18, 18; ∾ herbarum (iuvenca), Virg. Ecl. 8, 2; ſo ∾ graminis (cervus), Hor. Od. 1, 15, 30; vgl.: Qua cibi, qua quietis immemor nox traducta est, Liv. 9, 3, 4. In hostem salutis immemores ruere coeperunt, Curt. 7, 9. — β) *absol.*: Magna haec immemoris ingenii signa: sed nihil turpius, quam quod etiam in scriptis obliviscebatur, quid paulo ante posuisset, Cic. Brut. 60, 218. Immemori discedens pectore coniux, gefühllos, Catull. 64, 123; ſo ∾ mente, id. ib. 249. Possimne ingratus et immemor esse?, Ovid. Met. 14, 173; ſo id. ib. 10, 682; 15, 122; Catull. 30, 1. — γ) mit einem Objectſatze: Nihili est, suum Qui officium facere immemor est, nisi adeo monitus, Plaut. Pseud. 4, 7, 3. Immemor, Chaeream Cassium nominari, nicht daran denkend, nicht ahnend, Suet. Calig. 57.

II) übertr. *A) von dem, woran man nicht denkt, vergeſſen: Istaec commemoratio Quasi exprobratio est immemoris benefici, Ter. And. 1, 1, 17.

B) vergeſſen machend, als poetiſches Epitheton der Lethe, Stat. Silv. 5, 2, 96; Sil. 16, 478; Senec. Herc. Oet. 936.

immĕmŏrābĭlis (inm.), e, *adj.* [inmemorabilis] (vorklaſſ. Wort) I) paſſiv, unerwähnbar, unbeſchreiblich, ἀδιήγητος: Neque spurcidici insunt versus immemorabiles, d. i. des Vortragens unwürdig, Plaut. Capt. prol. 56. Quamque repente Immemorabile per spatium transire solerent, Lucr. 6, 488. — *II) activ, nicht erzählend, ſchweigſam: Ut illaec (anus) hodie quot modis Sibi moderatrix fuit atque immemorabilis!, Plaut. Cist. 2, 2, 3.

immĕmŏrātus (inm.), a, um, *adj.* [in-memoratus] nicht erzählt (poet. Wort): Iuvat immemorata ferentem Ingenuis oculisque legi manibusque teneri, d. i. noch nicht Erzähltes, Neues, Hor. Ep. 1, 19, 33. Nec

tu iam metris meis immemoratus eris, d. i. unbeſungen, Auson. Parent. 20.

immĕmŏrĭa (inm.), ae, *f.* [in-memoria] die Vergeſſenheit (nachklaſſ. Wort): Peregre profecturus pecuniam in terram condiderat: quum reversus locum thesauri immemoria non repeteret, Papin. Dig. 41, 2, 44.

immemoris, e, ſ. immemor zu Anf.

immensĭtas (inm.), ātis, *f.* [immensus] die Unermeßlichkeit, unermeßliche Größe (ciceron. Wort): In hac igitur immensitate latitudinum, longitudinum, altitudinum infinita vis innumerabilium volitat atomorum, Cic. N. D. 1, 20, 54. Immensitates camporum, id. ib. 2, 39, 98.

immensus (inm.), a, um, *adj.* [in-mensus] unermeßlich, unermeßlich groß, unendlich, unabſehbar u. dgl. (häufig u. gut klaſſiſch): Si immensam et interminatam in omnes partes magnitudinem regionum videretis, Cic. N. D. 1, 20, 54. Aëra deum statuit eumque gigni esseque immensum et infinitum, id. ib. 1, 10, 26. Ex ingenti quodam oratorem immensoque campo in exiguum sane gyrum compellitis, id. de Or. 3, 19, 70. In mari immenso vehi, id. Tusc. 1, 30, 73; ſo ∾ domus, Ovid. Fast. 6, 640; ∾ mons, Plin. 4, 13, 27; ∾ via, Ovid. Pont. 3, 3, 78. ∾ fines ingenii, Cic. de Or. 1, 49, 214. ∾ series laborum, Ovid. Her. 9, 5. Iacuitque per antrum immensus, Virg. Aen. 3, 632; vgl.: Omnis eorum iuventus infinita numero, immensa corporibus, Vellej. 2, 106, 1. ∾ pondus et auri, Cic. Rep. 1, 17; Hor. Sat. 1, 1, 41; ſo ∾ pretiis emere, Suet. Calig. 39. — Observata sunt haec tempore immenso, Cic. Divin. 1, 7, 12; ſo ∾ nox, Ovid. Trist. 4. 3, 25; ∾ morae, id. Her. 1, 82; ∾ fletus, id. Met. 10, 136. — Immensa vorago aut gurges vitiorum, Cic. Verr. 2, 3, 9, 23. Immensae, infinitae, immoderatae cupiditates, Auct. Herenn. 2, 22, 34; ſo: Immensissimae voluptates, Spart. Hadr. 19. ∾ sitis cruoris, Ovid. Met. 13, 768. ∾ difficultas, Plin. 28, 1, 2. ∾ differentia, id. 36, 5, 4 §. 20. Fervet immensusque ruit profundo Pindarus ore, in unabſehbarer Fülle (das Bild vom Strom entlehnt), Hor. Od. 4, 2, 7. — Immensum est, erratas dicere terras, Ovid. Fast. 4, 573; vgl.: Quod persequi immensum est, Plin. 8, 28, 42.

II) abſolut A) ſubſtantiviſch immensum, i, *n.*, die unermeßliche, unabſehbare Größe, Weite, Strecke, der unermeßliche Raum (ſelten; nicht bei Cicero): Ergo vivida vis animi pervicit, et extra Processit longe flammantia moenia mundi, Atque omne immensum peragravit mente animoque, Lucr. 1, 75; vgl.: Pervideamus, utrum finitum funditus omne Constet, an immensum pateat vasteque profundum, id. 1, 956; ſo ∾ loci, Liv. 5, 37, 5. Per immensum ventis discordibus actus, Ovid. Met. 4, 620. Proruta per immensum aedificia, in ungeheuere Tiefe, Tac. Ann. 15, 40. — Sciant, qui ista mercantur immenso, für einen ungeheuern Preis, Plin. 9, 40, 64.

B) adverbialiſch (erſt häufig ſeit d. auguſt. Periode): Creverat immensum, comitem sibi Delia sumpsit, Ovid. Fast. 5, 537; ſo: Immensum attolli, Tac. Ann. 4, 40. Opes, quis domus illa immensum viguit, id. ib. 3, 30; ſo: Luxus immensum proruperat, id. ib. 3, 52. — Immensum quantum hinc Oceano, illinc Iberico mari comprimentibus, ungemein, Plin. 4, 20, 34; ſo: Immensum quantum praelatis, quas ipse Cephissus abluisset, id. 16, 36, 66 *fin.* Erat inter ceteram planitiem mons saxeus in immensum editus, Sall. Iug. 92, 5; ſo: Ardet in immensum geminatis ignibus Aetne, Ovid. Met. 2, 220. — Ad immensum multitudinis speciem auget, Liv. 29, 25, 3. — Brassicae silvestris immenso plus effectus laudat Cato, mehr als zu ſehr, übermäßig, Plin. 20, 9, 36.

immĕo (inm.), are, *v. n.* [in-meo] irgendwo hineingehen (nachauguſt. Wort): Delphini immeantes Nilo, Plin. 8, 25, 38; ſo ∾ cisternis (aqua), Pallad. 1, 17. Setas suum obstare tenuitate immeantis spiritus, Plin. 11, 39, 92.

immĕrens (inm.), entis (*in tmesi*: inque merentes, Lucr. 2, 1104), *adj.* [in-mereo] unverdient, unſchuldig (poetiſch u. in nachauguſt. Proſa): Telum exanimat indignos inque merentes, Lucr. 2, 1104. Triste lignum, caducum In domini caput immerentis, Hor. Od. 2, 13, 11; ſo id. Epod. 6, 1; 7, 19. Multum conquestus, eripi sibi vitam immerenti, Suet. Tit. 10. — Interdum quaedam immerentia supremi fati titulum occupant, d. i. unſchuldige, unſchädliche Dinge, Val. Max. 9, 12, 8. — *Adv.*: A Philippo rege temulento immerenter damnata, Val. Max. 6, 2, 1 *ext.*

immerenter, *adv.*, ſ. immerens am Ende.

immergo (inm.), si, sum, 3. (*perf. sync.* immersti, Plaut. Bacch. 4, 4, 26. — Nebenform nach d. 2. Conjug. *inf. praes. pass.* immergeri, Colum. 5, 9, 3) *v. a.* [inmergo] wohin eintauchen, einſenken, einſtecken, eintaſſen u. dgl. (meiſt poetiſch u. in nachauguſt. Proſa) I) eigentl.: ∾ manus in aquam ferventem, Plin. 28, 6, 15; ſo: Immersus in flumen, Cic. Univ. 13. — ∾ ferrum candens aquae, Plin. 34, 14, 41; ſo ∾ nautas pelago, Ovid. Met. 4, 423; ∾ partem arboris deflexam terrae, Colum. 5, 6, 30. — ∾ aliquem spumosa unda, Virg. Aen. 6, 174; ſo: Immergi melle cotonea, Plin. 15, 17, 18 §. 60. ∾ manus, Ovid. Met. 13, 563. — ∾ se in aquas, Plin. 11, 25, 30; ∾ se alto (belua), Curt. 4, 4. — Medial: Ubi Ister amnis immergitur, d. i. ſich ins Meer ergießt, Plin. 4, 11, 18. — B) übertr., im Allgem. ∾ se aliquo, ſich wohin ſtecken, begeben: Immersit aliquo sese credo in ganeum, Plaut. Men. 5, 1, 3. Quum in concionem mediam me immersi miser, id. ib. 3,

1, 3. Inter mucrones se hostium immersit, Iustin. 33, 2. — II) tropiſch: Qui ut se blanditiis et assentationibus in Asinii consuetudinem penitus immersit, Cic. Cluent. 13, 36. ∾ se studiis, Senec. Cons. ad Polyb. 37; ſo ∾ se penitus Pythagorae praeceptis, Val. Max. 4, 1, 1 *fin.*

immerito, *adv.*, ſ. immeritus am Ende.

imměrĭtus (inm.), a, um, *adj.* [in-meritus] unverdient (im Abject. nur poetiſch u. in nachauguſt. Proſa), und zwar I) activ, der etwas nicht verdient=, verſchuldet hat, unſchuldig: Delicta maiorum immeritus lues, Romane, Hor. Od. 3, 6, 1; ſo von Perſonen, id. ib. 1, 28, 30; Ovid. Trist. 2, 274; Quintil. Inst. 6 praef. §. 4; vgl. ∾ gens, Virg. Aen. 3, 2. ∾ agni, Hor. Sat. 2, 3, 211. ∾ locus, id. Ep. 1, 14, 2. ∾ paries, id. Sat. 2, 3, 7. ∾ vestis, id. Od. 1, 17, 27. ∾ arbor, Prop. 4, 3, 19. ∾ ungues, id. 2, 4, 3. — Mit folg. Inſinitiv: Virtus recludens immeritis mori Coelum, Hor. Od. 3, 2, 21. — Subſtantiviſch: Cur tu, obsecro, immerito meo me morti dederē optas?, ohne meine Schuld, Plaut. Asin. 3, 3, 18. — II) paſſiv, was man nicht verdient hat, unverdient, unverſchuldet (ſo viel ſeltener): Laudibus haud immeritis onerare aliquem, Liv. 4, 13 *fin.* Credulus immerita Phasida iuvit ope, Ovid. Fast. 2, 42; ſo ∾ opes, Martial. 7, 32, 6. ∾ querelae, Val. Flacc. 8, 158.

Adv. in der Form immerito, unverdienter Weiſe (beſond. häufig mit der Negation verbunden): Iam dudum te omnes nos accusare audio Immerito, et me omnium horunc immeritissimo, Ter. Phorm. 2, 1, 60. *Ex re*, ſi praeter opinionem, si immerito, si misera, si ingrata *etc.*, *Cic. de Or. 2, 79, 322. Haud equidem immerito Cumanae carmine vatis Cautum, me *etc.*, Lucan. 8, 824. Ut eos non immerito probaverit sanctissimus censor, mit vollem Rechte, mit Recht, Quintil. Inst. 4 praef. §. 3; ſo non immerito, id. ib. 8, 6, 62; 9, 1, 12; 9, 4, 35; 10, 1, 116; 11, 3, 7; Suet. Caes. 55; Calig. 10; 51; Ner. 13; neque immerito, Quintil. Inst. 7 praef. §. 2; 7, 7, 1; 10, 1, 27; 11, 2, 1; 12, 10, 75; nec immerito, id. ib. 2, 8, 1; Senec. Ep. 11 *fin.*

